




14
X
41

14
X
41







14-XI-21

PHILOPOLITÆ

SPECULATORIS

A D D O C T I S S I M O S
P A T R I A E Q U E A M A N T I S S I M O S P E R
Hispaniam Medicos.

SUPER MORBOSIS TEMPORUM
Constitutionibus sedulò, & communi
studio observandis.

PARÆNETICA EPISTOLA.

CALAMO

DOCT. D. FRANCISCI FERNANDEZ
Navarrete in Imperiali Granatenſi Uni-
versitate Medicinæ Primarii Emeriti,
Regiae Maieſtatis Cubiculario Medico,
Regiaeque Historico Critica
Academie Sodalis.

CUM PERMISU:

MATRITI. Anno MDCCXXXVIII.



ЛІТОГРАФІЯ

СВІДЧАТІВСТВО

ЗА МІЗДЕРУ ВІДДА

СІМІ СОВІДОМОСТІВ

ІСІДОРІВСЬКИХ РЕВІЗІЙ
ІСІДОРІВСЬКОГО СОВІДОМОСТІ
ІСІДОРІВСЬКОГО СОВІДОМОСТІ

ІСІДОРІВСЬКА ЛІТЕРАТУРА



De la Real Academia Espanola.



IN PATRIAM POPULAM QVAE FLVIA

ILLUSTRISSIMÆ,

AC DECORATISSIMÆ,

REGIÆ ACADEMIÆ HISPANÆ

Critico-Historicæ:

PER ILLUSTRIBUS AC

Præcellentibus D. D.

D. D. AUGUSTINO MONTIANO,

& Luyando, Directori Atclamato

dignissimo.

D.

D. D. JOANNI ANTONIO DE RADA,
Secretario perpetuo fidissimo.

D. D. LUPO HURTADO DE MENDOZA,
Censori integerrimo.

CÆTERISQUE NOBILLISSIMIS, AC
Meritissimis Sociis, & Fundatoribus Na-
turæ, & privati Meriti præclaris Stigmati-
bus insignitis, & Regiorum Dome-
sticorum prædistincto Honore
decoratis.

D. D.



Pratabam pridem (Re-
gia Academia) ut
aliquo intellectua-
li Munere ad tua
Limina delato Ex-
celsi, ac per Ævos
perennaturi Tui
Nominis Inscriptionem meis auspi-
catò laboribus aliquando præfige-
rem. Et quandoquidem incolumi-
tatis Umbram suis fœtibus ambitiosé

requirere, Naturæ ipsius lege nulli non licet Animantum, in Vestræ Ill. Dom. Gremio securitatis omnia, Correctio- nis, & Gloriæ fulcta meis desponderet conatibus, institueram.

Ne vero istiusmodi quippiam au- sus fuerim, hoc unum hucusque distinebat: ne tanti Nominis Augurium abs debitis, & publicis Dignitatis, & Auctoritatis Regiæ Ornamentis Mun- do circumferrem.

At quando iam Numini, & Ter- rarum Sceptræ Tenenti MAGNO PHI- LIPPO REGI NOSTRO omnibus Te de- coratam Numeris, auctam Honoribus, & in Gloriæ fastigio locatam prodere placuit: hæc Tui in Cunis adorandæ, & auspicatissimè Tributulo aliquo fæ- licitandæ illuxit Aurora: dum Para- nesin istam toto conceptam animo, & si rudi satis adumbratam pennicillo, Amoris, & Observantiæ meæ pignus, aut specimen offerendi arrissit occa- sio.

Nulli enim in Eruditæ Europæ
Theatro plus Gentilitiæ Nobilitatis
Ornamentis, & honorificis Cunabu-
lis fortunatior ascendit Horoscopus.
Te enim MONARCHA MAXIMUS, Or-
bis Dominus, Hercule, & Minerva
Satys, Atava Indole Musarum Ado-
nis, & Scientiarum Phœbus proge-
nuit, & tuus audire Præses non de-
dignatur. Nec Natam Sylvis, Heroi-
bus, aut alienis stitit Laribus; sed in
ipsa Sapientiæ Arce, in fulgenti Aoni-
dum Palatio, in Sacro Doctrinarum
Nidulo, Gratiis educandam, Regiæ
suæ Bibliothecæ concessit: ut Divino
Scientiarum Nectare enutrita, & So-
lidis Veritatis assueta Monumentis,
Hispanæ Gloriæ, & Critici Decoris
aliquando Vindex, Nomine (quo Te
insignitam voluit) ACADEMIA HISTO-
RIÆ CRITICÆ cunctis præluceres Natio-
nibus.

Laudabilissimum hinc, aptum, &
modestissimum Stigma Flumen habes
cum

Cum Lēmītate Horatianō : In Pā-
triā , Populūnque fluit. Non enim
alios , quam pro Patria labores , &
Hispanis Populis Antiquitatum veras
abluere , & nitore Evidentiæ detectas
expolire Gemmas , studiososque fo-
vere , & fœcundare campos , in partes
delegisti Tuas.

Et cum à primis Instituti Tui Co-
naminibus Naturalis etiam Historiæ
Veritates , & Hispanæ Glebæ Condi-
tiones (ut ut & pulchræ Suppellecti-
li , & Civilibus nonnumquam funda-
mento futuras) Indigenarum Cara-
cteres , Terræ , Aquæ , Aëris , pro-
priique Cœli producta , Victum , Mo-
res , Endemia , cæterasque Regni
Conditiones rimari , meis impræsens
demandare Curis , destinasses ; licet
meas hæc plurimum superare vires ,
nullus dubitarem : animo tamen sub-
missus , & quocumque flecti paratus , in
hunc (à Munere alias meo non alic-
num) Scopum omnes statim animi

intendi nervos: ut Naturalia exquirendo, & Regionalibus concinnando, quæ in dies alii multò me aptiores perficerent, nunc saltem ruditer inchoarem.

Hoc ut exactius aliquando, & ex voto sperandum contingat, utque Phylicæ, & Apollineæ meæ Facultatis solidum Fundamentum, Regiæ iam Medicæ Matritensi Academiæ Insti-
tutum dedi, & ample Specimine cir-
cumscriptum, tuo primum subieci
Examini: & non improbatum gau-
dens, & illius Cutæ addictum, & ali-
quando opere adimpler dum exultavit
cum Superi dederint, & Scientiarum
Fata: privatò interdum laborare non
destiturus.

Sed cum non venustis contempla-
tionibus, sed utilitati practicæ, & Sa-
luti publicæ è munere mihi incumber-
dum veniat: dum ex Causarum Natu-
ralium præsenti Systhemate, ac nexu,
non læves, sed & præcavendæ, supra

præ-

præsentem Valetudinis iacturam ; animo irreperirenr Suspiciones , nec sine Litterario ampliori Comercio intimius detegendæ , & ad votum declinandæ in hunc finem præstolandum duxi , & Phylopolitam agere , præsenti occurrens Parænesi : quæ Epidemiarum Medicarum (quæ meditor) Annalia precurrat : & desideratis viam subster nat.

His , si Tu benigne faveas , Conatibus , spero Regis , & Regni non subsequenter satisfacturos desiderio. Si tuo hæc Examini præoblata non omnino inepta iudicentur , nulla mihi superest Invidiæ , aut Ignorantiæ timenda Trutina. Te enim nullus æquior , & oculatior Iudex , nullus impartialior Veritatis Vindex.

Sub tuis Ego , sub Regis Tu , militamus signis. Quid fælicius quam Optimi Imperatoris , & Generossi Ducis conspectui , Legibus , & Disciplinæ obnoxios , aberrantem sistere posse
gra-

gradum; urgere proficentem? Quam
pulchre Tacitus observabat, nil satis
illustre, aut ex dignitate Popul. Rom. ni-
si coram, & sub oculis Cæsaris, edi-
disse.

Sit ergo grata Ill. Dom. Vestrae in
sua Umbræcula advolantis acceptio
Munusculi: ut tanto sublatus honore,
ad meliora paranda contendat ani-
mus, &c.

Vestræ Ill^{ma}. Dominationis.
Servus, Cliens, ac Socius,
Doct. D. Franciscus Fernandez
Navarrete.

M. D.

APPRO-

APPROBATIO DOCT. D. IGNATII
Lopez Moreno Regiae Majestatis ab Ho-
nore Capellani, Ecclesiae Civitatis Bas-
tensis Canonici, & pro Dignitate Can-
toris, Archiepiscopatus Toletani Exa-
minatoris, ac Supremi Senatus Sanctae
Generalis Inquisitionis Hispaniae Qua-
lificatoris.

Iusu D. Lic. D. Didaci Moreno Ortiz
D. Matritensis Vicarij Locum tenen-
tis meritissimi, Legi accurate Paracel-
ticam hanc Epistolam D. D. Francisci Fer-
nandez Navarrete, opus miro certe ful-
gore Veritatis, & Doctrinae rutilans, Vi-
ri dudum mihi amicitia devincti; sed
quantum Opus absolutissimum ab exa-
mine de terret, quantum charitatis ne-
cessitudo præiudicium imminet Menti-
tantum utriusque harmonia dum liben-
ter invitat ad examen, à suspecta liberat
assentatione. (a) Amo quidem (cum Plinio)
fusse; iudico tamen. Et quidem tanto
acrius, quanto magis amo. Etsi Operis
ipsius commendatio laudem pro Censura
detulit, ut occasione simili Hugoni de S.
Victore contigerat. Quid

(a) *In Panegiricis*

Quid referam? Māgnum Opus exīguis
circumscripsum terminis, brebrisimis con-
ceptum formulis. De maximo Vitæ bo-
no humana salute sollicitus, & de ipsius
removendis hostibus anxius, Regi fidelis,
Patriæ Charissimus, Comprofessoribus
oppitulans, quæ maximo conceperat la-
bore, incundo, & eleganti profert Cala-
mo: ut non inepte elogium mereatur Ca-
siodori: *Habent hæc sigilatum distributa
præconium: coniuncta miraculum.*

Reserat enim Laconica sed facili Eru-
ditione Scientiarum plurium arcana: Et
ut qui prius Sacrae Theologiae coluerat
Lycæum, Canonibus, & Constitutionibus
Sacris aptare novit, & subdere quæ pro-
fert. Dum siquidem ex Cælestibus signis
quæ, & quoisque conjectare liceat mo-
destissime percurrir, nullam sibi metam
prætergredi constituit. Inquirit enim in
causas naturales, & naturales earum tan-
tum considerat effectus. Qua circunspe-
ctione Conjecturas hæc laudatas legere
est apud Hieronimum in Biblicis præfat.
cap. 6. & demum iure libertatis donatas
in D. Sisti V. Constitutione Motu pro-
prio Cæli, & Terræ Creator. Ubi post-

quam

quam vanas Artes Divinatōrias fulmina-
rat , subiungit : exceptis dumtaxat fu-
turiis eventibus ex naturalibus causis ne-
cessario , & frequenter provenientibus:
qua ad divinationem non pertinent , &
deinde : præterquam circa Agriculturam,
& Rem Medicam. Noverat enim Sancti-
ssimus Prognosticam partem de essentia-
li esse Medicinæ integritate.

Occasione ergo Constitutionis Catar-
rhosæ , quæ Phænomenum insequuta est
de Causis Generalibus Salutis , & Mor-
borum agit : & quæ evenire possunt pru-
denter coniicit , ut præcaveat. Quod si
Medico particularis ægroti curam agenti,
& licet , & laudabilissimum est : quanto
magis in Communis hominum Valetudi-
nis studioffo?

Extraordinarias Siccitates , Ventos,
& Exhalationes in causas Phænomeni re-
fert , & inde ex Medicæ facultatis regulis
salutis prævidet iacturas. Non aliter sen-
sit in his strictissimus Martinus Delrius
(Disq. Mag. l. 4. q. 2. s. 3.) Cum , in-
quit , exhalatio sit quoque Venti materia,
& Ventorum ideo præcipuae qualitates sint
caliditas , & siccitas , facilius intelligitur,
cur

cur ex eis , & sanitatis corporis , & fertilitatis Anni probabilia Signa soleant defami.

Sed cum in his omnibus Dei reverentiam , publicam utilitatem , Medicorum iuvamen, prudentes limitationes salubres cautelas undeque præferat , & non prænoscere , nec prædicere se de statu Hispanæ Salutis in Pestem dudum proclivi , sed præcavere tantum protesteter , & ad invigilandum invitet , suffragantem omnino habet Eximium D. Suarez (de Religione) lib. 2. de Superst. cap. 9. §. 6.) ibi : *Quo circā , ut prædictio talium effectuum prudenter fieret , non deberet esse omnino absoluta , sed cum limitatione , ut vg. Sterilitas , aut Pestis valde imminet , aut timeri potest .* (sic profert noster A.) Interdum verò solet experientia constare , frequenter evenire tales effectus ex talibus causis (nota nunc) raro autem impediti : idque maximè contingit , quando non solum Constellationes Cœlestes , sed etiam aliqua proxima Signa in Elementis , vel aliis effectibus naturalibus considerantur : Et tales solent esse Prædictiones Medicæ . En iam non me , sed Eximium ac tantum

Doctorem Medici nostri Conamina appro-
bantem.

Pergit per Historiæ Medicæ remem-
oratione in ad utilissimam Conclusio-
nem: quid Medicis agendum in Suspecta
Constitutione, & Statu Publicæ Salutis
periclitante? Tunc velut recognitis e
Specula sua Hostibus, non disputatorio
Clamore, non inutili garritu, sed blan-
da hortatur Parænesi, ut ad tria illa con-
fugiant Prudentia Armamenta Observa-
tionem, & Consultationem, Litterarium-
que Commerciū, ut Renuntiationibus
tempestivis, & tempestive factis, & ma-
lis occurri, & suæ Conscientiæ satisficeri
current. Hortaliturque, ut Eruditarum Na-
tionum more ad traddendas Hispaniæ
Epidemias mutua communicent lu-
mina.

Quid plura? Tanta eius est brebitas,
& comprehensio, ut si adumbrem, tra-
ducere cogar. Dicam vero cum Plinio,
lib. 6. Ep. 37. Ego vero Ruffum (Fran-
ciscum) nostrum laudo: non quia vos
ita facere petiistis, sed quia est ille digni-
ssimus. Legi enim Librum omnibus nume-
ris *absolutum*.

Qua

Qua propter Libet hic Sensu , quod
abundat , incoquinatus , ab omni er-
toris labo purus , Regulis Fidei , Opti-
misque Moribus consonus , ex aliòque
utilitate , & sana confertus doctrina me-
retur ut Typis Concedatur. Ita Sentio
Salvo , &c. Matriti 13. Junii. 1738.

Doct. D. Ignatius Lopez Moreno:

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Diego Moreno Ortiz , Theniente Vicario de esta Villa de Madrid , y su Partido, &c. Por la presente, y por lo que à Nos toca, damos licencia, para que se pueda imprimir , è imprima el libro , intitulado: *Parænetica Epistola* , compuesto por el Doctor Don Francisco Fernandez Navarrete , Medico de Camara de su Mag. atento que de nuestra orden, y comission ha sido visto , y reconocido, y no contiene cosa opuesta à nuestra Santa Fè Catholica , y buenas costumbres. Dada en Madrid a diez y seis de Octubre de mil setecientos y treinta y ocho.

Licenc. Moreno.

Por su mandado.
Juan de Landeras y Velasco.

APPROBATIO D.D. DIDACI GAVIRIA
Or Leon à Cubiculo Regio Medici Nu-
merarij Regiae Societatis Hispalensis
Socij, &c.

Maxima cordis iucunditate (sic in-
bente D.D. Iudice) opus hoc à
Clarissimo D. D. Francisco Fernandez
Navarrete, Regio Cubiculario ex Munere
Medico exaratum, qua potui diligentia
pervolvi, præclaraque huius Eximij, ac
Peritissimi Viri specimina inveni, uberri-
mos omnigenæ eruditionis fructus, præser-
tim Medicæ collegi, atque stupens mi-
ratus sum magnum studium fortunatum
laborem, excultioris Physicæ, Mathe-
matis instructioris, necnon Philosophiæ
Moralis politiora atque saniora docu-
menta. In quo nihil vel sineræ Fidei, vel
honestis moribus disonum, aut denique
Regiis Præmaticis adversum comperi.
Quinimò plura ad utilioris disciplinæ
(historiæ videlicet naturalis, in qua to-
tius, imo & tutioris studij cardo verti-
tur) vestigia sectanda impellentia: ple-
raque ad literatorum omnium maxime
Physicomechanice cultorum commercium

in-

avitantia. Cuncta Christianam pietatem
erga Proximos sospitantem, salutisque
publicae incolumentem spirantia.

In hoc igitur opere satis superque
elucet Authorem improbos, diuque pro-
tractos insumpsisse labores, nullis inter-
missis Vigilijs Sedulo examine trutinasse
naturæ eventus, tempestatum mutatio-
nes, morborum facies, Syderum Pha-
ses, Epidemiarum incursus atque interca-
pedines. Globi terrauei monstrosa &
portentosa Phænomena; tunc denique
meteororum exoticas apparitiones, sic-
que omnia probè atque adamussim no-
tando non mediocriter affulget, quæ deinceps
damnanda vitentur, & amplectenda
quærantur, ut assequamur: omnia cir-
cumspicientes, imminentia mala, con-
iectura & consilio præudentes, & de ce-
tero, quid sit agendum, quidvè vitandum
providentes, ut quæ adiumento futura
esse cognoverimus, in procinctu habeas-
mus, viamque præcludamus omnibus
quæ vel nocere in seminiis, vel ansam
præbere labi, aut vires ei adiicere suspe-
cta sunt.

Nec solum nervos suos, omnemque

industriam atque diligentiam adhibet ut
res pro votis succedat , verum etiam om-
nes Medicinæ practicæ Cultores enixe in-
vitat , atque efflagitat ut in eundem Sco-
pum colliment , mutuum literarum Com-
merciū ineuntes , ut quidnotatu ,
aut scitu dignum comperiatur promiscue
& amicè in subsidium naturæ communi-
cetur , maturòque prævio examine publi-
ci iuris fiat , ut productiones elucubra-
tiones & observationes ultrò , citròque
commeare satagentes , invicem ditescant
studiosi . Quod literarum sodalitium iam
dudum subolfecit Verulaminus qui suo
lib. de Augm. Scient. cap. 2. fol. mihi
117. hęc innuit : *Quem admodum enim do-*
ctrinarum progressio haud parum in pru-
denti regimine , & institutione Acade-
miarum singularum consistit ; ita magnum
ad hoc cumulum accidere posset , si Aca-
demiæ universæ per totam Europam spar-
se arctiore coniunctionem , & necessi-
tudinem contraherent . Quod clarius , im-
pensisus , & proprius ad rem insinuare no-
bis voluit Ramazzini sui verbis : nihil
morborum epidemicorum historia magis
desideratur , & minus excolitur .

Id

Id ipsum ob oculos habuere cordati,
ac ingenui illi viri Sydenham, Ramazzini,
Schrohekius, & alij, quorum opera in
unum volumen compegerunt Gabriel de
Tournes, & filii Bibliopolæ Genevenses.
Omnes namque hi A.A. Hippocraticæ
doctrinæ innixi, gressus naturæ intento
animo meditantes quid boni, malivè oc-
curreret impensius contemplantes, con-
tra futura mala, se munierunt, ex inde-
que magnopere sibi suisque ægris consu-
lentem maximam arti famam compara-
runt.

His itaque de causis Author noster
indefesso animo, improbo, sed fido la-
bore naturæ semitas animad vertendo,
Phænomena micro, & macrocosmi iam
pridem observata, mirò ordine digesta, &
in diligentissimum examen vocata probe
rimatur, ut quidquid hucusque visum
est & exinde iudicia cruta cautores nos
reddant. Nec ideo vellim opus hoc Pe-
stis Prodromum apud imperitum vulgus
haberi; non enim luem minatur, sed
confilio antevertere curat; subsellia Labi
non præparat, sed præcavendo præster-
nit. Uno verbo Personam vatis non agit,

Sed fagacis ac vigilantissimi Custodis induit officium; nec cum Petronio Satyrico potius animi vaticinatio, quam Religiosa orationis sub testibus fides huic dissertationi tribuenda est. Studium & votum Authoris, venustas orationis, intenta animi sollicitudo erga bonum commune promovendum, malaque minitantia profliganda argumenti asperitati lenocinantur. Quare proba in premuniendo ab instantibus malis intentio potius laudande quam vituperanda nam ut Virgilius:

*O Fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas?*

Neque profecto quis insimulationis tela operi intendat, cò quod prægressas ærumnas exanthlatos labores pluviarum exundationes siccarum tempestatum diu protractarum stationes, irregularium, imò & præposteriorum temporis mutationum cum eventibus, etiam minutissimis, tunc ob ortis exacta diligentia attexnerit, atque counumeret ut ex iis præmissis providentiores efficiamur. Qua de re audiendus est Ramazzini. *Vix risum forsitan tenebit aliquis quod res tam minutæ adeo curiose prosequar: at is sciat,*
quod

*quod magnarum calamitatum non rara
sunt signa, &*

*Sepe exiguum meum
Augurium triste dabit.*

Sed tamen non iecirco tam firmiter rea-
nendum prænuntium, ut certò certius
futuram esse polliceamur. In illiusmodi
namque prædictionibus nemo est qui ne-
ciat quain debilia & fallacia esse principia
quibus superstruitur Prognosis, ut iis-
dem innixi fidem firmam præbeamus, &
eoco duetu huiuscemodi angurijs nos
concredamus nefas sit. Viri quidpe emun-
ctæ naris, & qui (ut aiunt) rem acu-
tigerunt, ex anteactis experimentis
(instrumentis Mechanicis ad usum rite &
probe acommodatis) Phænomenis præ-
vio examine enucleatis, temporum vicissi-
studinibus iam pridem accurate perpen-
sis nihil firmum, & verum invenisse nec
diffitentur, nec confiteri erubescunt. In
quem finem præ primis adducenda est au-
thoritas Hoffmanni in perscrutanda natu-
ra nulli secundi. Hic inquam Dissertation.
Physic. Medic. 4. de Causa viribus, &
temperam. ventorum cap. 1. sic ait: *Et*
quamvis novam Methodum quandam se-

invenisse nonnulli gloriantur, etiam ex Anglia, qua prædicere ventorum ortum, & tempestatum vicissitudines futuras prolixissimè, & certò promittant, nihilominus & ea via multoties me fessellit, qui aspectus Planarum cum observationibus aliquot annorum circa tempestates diligenter contuli & rarius veritatem inveni. Reclamante etiam hisce me minimis is a ratione. In hunc censam clarius se gessit Ramazzini his Verbis. *Sicut putem hoc ex aeris constitutione prædicti non posse, nam semel, & omni die notavi Thermometro, & Barometro aeris calorem, & gravitatem, hocque diu continuavi, nec tamen exinde ulla regulas invenire potui.* *Hoc quoque sinden ham fatetur, &c.*

Sed quid mirum quod quæ nondum in conspectum venerunt, & si coniectura rationali præmutiti, hariolari nequeamus, cum in manibus quæ sunt vix, ac ne vix quidem comprehensioni subiiciuntur, ut cum Poeta loquar sed ad rem proprius accedam. Sydemhamius nobile ingenuitatis suæ præbuit ac reliquit nobis exemplum dum ait : *Quæ qualisque sit illa*

*illa aeris constitutio , à qua morbificus
hic apparatus promanat , ac complura
alia , quæ vecors , & arrogans Philose-
phantium turba nugatur , plane ignora-
mus.*

Sed dolendum maximè est , quod non
dumtaxat modo quod circa constitutio-
nem , & naturam epidemici morbi , tum
etiam in diagnosis , & Prognosci mens no-
stra cæcutiat , si fas est creddere , ex pe-
rientissimo Ramazzino qui sic loquitur
in observationibus epidemicis quibus
inter fuit. Non ausim tamen afferere hu-
ius vel illius remedij usu evasisse , vel
periisse quemquam , cum Andabatarum
ritu necessæ fuerit cum hac febre dimica-
re , neque magis felices in suis Curatio-
nibus fuisse Medicos Seniores , & lon-
go usu expertos , quam iuniores ac è Scho-
lis nuper egressos , cum in tenebris tam
videant *Cæci quam oculati*. Discant hic
qui Philautia allecti omnia sibi comper-
ta esse gloriantur.

Concludendum igitur Calamitatum , &
signorum prægressorum Epochas , Epochen
non adimere ; sed equi bonierique confu-
lendus operis Author qui doctrinæ Hyp-

po-

pocratis in herēns Medicum uti prouidētia Commandantis nos providos Solertes Sagaces rerum futurarum scientes, & prudentes desiderat , quod asequi nequit absque providentia , quæ nihil aliud est iuxta Augustinum de Spirit. & Anim. quam *notio futurorum* tractans eventum , cuius officium est ex præsente se Consilio *præmunire*. Quod si opus hoc ea quæ fieri debet cura , & meditatione introspiciat quivis plura ad salutem mentis, & corporis decepere poterit. Corporis in quam monita Authoris servando: tum etiam quæ apud alios extant præsertim Boerhaave tom. 5. ubi de Epidemicis, morbis tractat : Diemembroek Barbette Silvius qui Pestibus , & Epidemis interfuerunt, totidemque succenturiatos Hostes , qui humano generi bella iudiceunt , saeliciter superarunt , stragumque illarum Vindices & ultores strenuos se præbuerunt ; sic itaque quivis de facili intelligit quibus cautionibus uti debeat , quanti aestimare debeat sinistrum augurium atque feralia prænuntia.

Non Postremum emmolumentum auspicandum ex hoc opere est representatio

Vin.

Vindictæ Divinæ ob scelera patrata ulrum
excidiū minantis unde non potest
fieri quin homo alias somno vitiorum
obrutus cupiditatum illecebris allectus
obscenitatum laques irretitus , omnium-
que iniquitatum genere præpeditus ac
depressus in se reversus Cætitatis suam
amittat calliginem , in Deumque conver-
sus cor , mentem , & opera ad caelestia
desideria erigat , quod facile sperare de-
bemus si tot periculis , quibus obesus
est , experientis auribus auscultet. Quæ
omnia luculenter in pia carmina adap-
tavit Egregius Religiosusque Poeta Si-
dronius Holschius. lib. i. Eleg. i.

*Hæc ego temoneo , qui quod iubet impe-
tus audes:*

*Cui volat excusso Cymba soluta metu-
Qnem nil Cyaneæ , nil monstra natan-
tia terrent*

*Nil tabulæ , & merces , gazaque
sparsa mari.*

*Qui neque quid moneant venti , quid
sidera curas*

*Quid resonans longè littus , & unda
notet*

*Quid signent medio revolantes equore
mergi* *Obli-*

Oblitus Pelagi nec minus ipse tui.
At nisi ludibrium debes, animamque
procellis

Quot fluctus totidem crede venire
neces.

Sollicitos servat felix industria nautas,
Nec nisi sollicito nascitur illa me-
tu, &c.

Dabam Matriti 20. Mensi Augusti. Anno
1738.

D. Didacus Gaviria.

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey N. Señor , su Escrivano de Camara mas antiguo , y de Govierno del Consejo , certifico : Que por los señores de él se ha concedido licencia al D.D. Francisco Fernandez Navarrete , Medico de Camara de su Mag. para que por una vez pueda imprimir , y vender un Libro , intitulado : *Parænetica Epistola* , con que la impression se haga por el original , que vâ rubricado , y firmado al fin de mi firma ; y que antes que se venda , se trayga al Consejo dicho Libro impreso , junto con su original , y Certificacion de el Corrector , de estar conformes , para que se tasse el precio à que se ha de vender , guardando en la impression lo dispuesto , y prevenido por las Leyes , y Pragmaticas de estos Reynos ; y para que conste , lo firmé. En Madrid à 16. de Octubre de 1738.

Don Miguèl Fernandez Munilla.

FEE

FEE DE ERRATAS.

PAG. 6. lin. 13. Atheniendum, leg. Atbeniesium.
Pag. 7. lin. 13. pulchræ, leg. pulchrè. Pag. 8.
l. 24. scedens, leg. secedens. Pag. 14. lin. 6. anxictate, leg. anxietate. Pag. 17. l. 3. lubito, leg. tubitu.
Pag. 21. l. 2. suo, leg. sua. pen. conscendet, leg. conscendat. Pag. 51. lin. 7. Fotū, leg. Fori. . Pag.
54. l. 14. leg. num. 50. Pag. 58. l. 22. lucis, leg. luci. l. 23. delectantis, leg. delectante. Pag. 63. l. 12. edhibet, leg. adhibet. lin. 25. instant, leg. extant.
Pag. 84. lin. 12. ob, leg. ab. Pag. 88. l. 8. Gubernatorum, leg. Gubernatorem. Pag. 90. l. 13. splendoro, leg. splendore. Pag. 93. l. 15. abstinunt, leg. abstinuit. Pag. 96. l. 22. exercebant, leg. exercebat.
Pag. 100. l. 2. tempore, leg. temporis. Pag. 104. l. 4. &, leg. si. Pag. 112. l. 3. vedentur, leg. videtur.
pag. 121. l. 1. celeber, leg. celeberr. lin. 19. nasciunt, leg. nesciunt. Pag. 130. l. 23. leg. iuxta 9.
Pag. 131. l. 8. &, leg. vel.

REGIÆ ACADEMIÆ HISTORIÆ Hispanæ Consensus.

QUOD ad se attinet, Academia Historiæ Hispanæ Operis huius D. Francisco Fernandez Nauarrete, publicationem permittit. Matriti Kal. Novemb. 1738.

D. Joann. Antonius de Rada.
Secretarius.

PRÆ₄

PRÆMONITIO.

QUI dudum expectaras Parænesin
hauc, ineunte Anno conceptam, &
iam senescente, prodeuntem, paucis
Monendus es Lector. Prima enim facie, ut
Musica in luctu, sic mœstus in lætis susur-
rus, importuna videbitur narratio. Do-
loris certè cuspis, & atra Suspicio, has,
ut Minervam commoverent, exararunt
lineas. Qui Clementior nostræ anxietati
misertus est Pater, ac Omnipotens,
postquam iam præli caris commissa erat,
Cœlum aperuit (ò æternum benedicenda
Pietas) plorantibus nubibus, riserunt
campi: Annonæ adventu, abscessit Fa-
mes: Aeris temperie riguit Morbona.
Sed quis non temerarius beneficia Pro-
videntiae in improbam vertet confiden-
tiā: quandoquidem anteactis pericu-
lis insultare, insolenter exultare est? Læ-
temur de bonis, sed non obliviscamur
mala. Scopus, & Argumentum Paræne-
sis subsistit; imino melius induciarum
tempore Arces muniuntur ad bellum. Si
efficacius exorasse videar, refer Scriptum
ad scribendi tempus, & dabis iusti-
giam Scriptori.

Si

Si quæras Octimelis moræ occasio-
nem , subdolam , & larvatam interroga
omnis rectæ intentionis aduersam Accu-
lationem : hęc nescio queis insita animis,
adeo versutę septimelria offendicula op-
ponere scivit , ut nisi constantia supe-
randis sufficeret , etiam in ovo prefocas-
set : sed tandem Veritas , nisi inconstans,
triumphat , & subdole conduntur Um-
bræ. Vale , & Lege.



PHYLOPOLITÆ
SPECULATORIS
PARÆNESIS
DOCTISSIMIS ET OCULATISSI-
longi mis Viris per Hispaniam
Medicis.

S.



I quævis Vobis (ò Sapientissimi
Apollineæ Facultatis Alumni)
ad huius Epistolæ Argumen-
tum æquis auribus , & pro-
nō animo suscipiendum , ar-
tificiosis Elenchis , & multiplici Decla-
matoria vi , ac fælicitate opus fore , ar-
bitri-

A



bitrarer: statim certe (vel in limine ipso)
ab incæpto destitissim: vt pote nec Tu-
lliano dicendi nitore , & efficacia me-
pollere conscius ; nec vobis adeo iniu-
rius , vt ad laudabilia , pulchra , & ho-
nesta Officii vestri munera , multifaria
egere vos adhortatione crediderim.

2 Numquam certè (mearum satis
conscius virium) Herculis induere co-
thurnos , affectavi : nec vlla suadendi
energia ingenuis vim inferre Musis , aut
Homericis trahere catenis Logice mea
confidi. Nec Litteratorum Hispanorum se-
veras , ac circunspectas aures , haud
Ulyssæis fascinandas carminibus , igno-
ro. Perspicacissima vestra Integritas af-
sentatoriis immota laudibus , à cunis mi-
hi ipsi valde nota : mascula Virtus Phri-
nicis non allicienda fuccis: casta Eruditio
Venerum , & Gratiarum larvato non pa-
cenda lepore: avita Nobilitas fumosis non
captanda imaginibus : patriaque Indoles
sola ac solida Veritatis pulchritudine de-
lectata , nulli non in confessu sunt. Quæsis,
si vestra accumulata Merita , sciens de-
sisto enarrare , ac prudens : & quæ di-
cere licuisset , silentio premam ; id to-
tum

3

tum integrimæ vestræ Modestiaæ , &
Exterorum æmulationi coactus mactavi.
Tantum curans , vt ipsa mei Propositi
sinceritas suadeat , & ipsa Rei dignitas
sinceris , ac dignis loquatur Auribus.

3

Speculatorem ago (quod veterum munus est militum) uno confusus
senio. Sex supra triginta iam annis mul-
ta vidi ; audivi plurima : legi non pauca,
Medicinam per varias Hispaniæ exercens
Provincias. Hinc loquendi fiducia , in
opportunitatem deductum , aliquando
meam subsit animum : ut minus in Arte
exercitis , guaris , ac strenuis iuvenibus
vias , & offendicula quandoque commons-
trare confidam. (a) Tunc enim mentis
oculus acutè incipit cernere : cum primum
corporis oculus incipit deflorescere.

4

Nec decuisset sic loquentem in-
vidiæ fluctibus me committi , vt ignoram.
Satis , superque experientia novi,
si umquam , hocce Sæculo , si uspiam,
in Hispania nostra (proh dolor !) fœda
sepe studiosos non paucos Livoris sca-
bie laborare. Nostri certe temporis in-
felicitas , & impia Litterarum fata , turps

(a) Plat. Convif.

sæpe metamorphosi Aquilas serpentes
 Testudines volare cogunt : dum ad optimam ingensii proferenda torpentes , eosdem ad aliena discerpenda passim velocissimos , agillimosque videas. Nec aliter benevolus , & amicus suscipitur hospes , ac fraudulentus reiiceretur sicarius: perinde ac si non aliunde ; nisi ex aliena fama nostrum pullularet dedecus. Hinc plures Critici , sed pauci & qui estimatores. Nec (ut Tacitus de Romanis aiebat moribus) minus periculum ex magna fama , quam ex mala. Verum , vt nec inanis aucupii species nos deludere , sic nec Rhadamanitorum minæ à laudabilibus avertere , decet. Sed cum Platone testor : (b) me non adeo Theatri studiorum , eiusque favori deditum , vt ignorem , prudenti viro , paucorum Sapientium , quam multorum insipientium , iudicium esse verendum. Quo firmus proposito , spernenda non curans , quod præsentis rei est , adumbrare proprio.

5 Ex quo Clarissimæ Universitatis Granatensis , tum Xenodochii publicus Medicinæ Professor , postque duas

(b) In Conviviro.

de

5

Decades annorum Emeritus, ad Regiae
Salutis curam accersitus sum, nil certe
antiquius intimis adhæssit medullis, quām
ut Regis mei, & Populorum eius in-
columitati, pro exili invigilantem Mi-
nerva, in Aulæ Specula constitutum,
diurnas munera mei, nocturnaque pro-
trahere excubias: si quando tali honore
non omnino indignus evaderem. Sed
cum revera alia privatæ domi Praxeos,
alia publicæ curæ officia deprehende-
rim: in id præcipue incumbendum de-
legi, ut hostilibus Morborum larvis
(qui maius, & intimius in horum Anno-
rum Constitutionibus periculum præse-
ferunt) infidiosisque eorum impositio-
nibus detectis, ne quis malignus in pu-
blicam salutem *Advena clavulam*, &
pedetetim in Concivium insidiaturus vi-
tas, in nostros indeprehensus irreperet
Lares. Qui, turpis certe post ingre-
sus copiam dimittitur, quam glorioissius
antea non fuerat admittendus. Hoc unum
saltē reportaturus: si raucus *Anser in*
Capitolio, hostili umbra detecta, vali-
diores me certe ac strenuiores milites,
dato classico, ad Urbis aliquando ex-

citarem , & evigilarem propugnacula:

6 Dederat exemplum oculatissimus Medicinę Fundator , & humanę salutis perpetuò Vigil Hippocrates : dum ab alta Sapientiæ specula , Humanum Vi-
etum , Annorum vicissitudines , Aëris mutationes , Syderum decursus , & pha-
ses , è Macro in Micro-Cosmum refe-
rens , innumera in homines beneficia contulit : adventantem in Græcos Pestem mature prævidit , ac prohibuit : & Sa-
pientiæ suę præmia , divinos Athenien-
dum honores , Victumque Pritanæ tu-
lit.

7 Dederat exemplum hodierna , lau-
dabilis , & æmulanda Regnorum , &
Rerum publicarum (in quibus se homi-
nes rationis compotes , & providentia
capaces esse norunt) in Academiarum ,
& Sodalitorum erectione , & Comercii
Litterarii cultura. Quò , velut multis
vbique succensis facibus , inter densio-
res etiam tenebras , ne minimus quidem
lateat proditor. Videndum certè , & vel
nostro etiam rubore fatendum in quem
glorię fastigium Eruditionem hac via
evexerint Sapientes Itali , Galli , Ger-
ma-

mani, Angli, Belgæ, Dani, Rusique: & quam postremò in hoc Norirbergen-ses estimabiliter insudarint.

8 Hispana nostra Circumspectio, non diffitendum, quam lentius semper in huiuscemodi procedit; ne dicam, ad nova quæcumque diffidens Nationis Genius, & Caracter. Non enim inficiandum, Hispanos nos incunetis Magnorum principiis hesitabundos, lentitudinis nota inustos, & fere etiam quam pluries ludi-brio habitos. Sed nec ea Genti deneganda laus: quod quam pulchrae mature, ac desiderata resolutionis cunctationem, virili executione, ac soliditate compensare norit. Sat certe citò, si sat bene. Blatte-rent æmuli, & invidenter Scioli. Ego (cuni Aeschyllo) *Tragœdias meas dico TEMPORI,*

9 Huiusmodi ergo laudabili scopo præconcepto, & utilitate plenæ Sodalitatis affulgente iam Nationi nostræ spe, iactisque tantæ Moli in Hispalensi, Carpentana, aliisque Academiis iamdiu fundamentis, protuberantes undique lauros, & pro Civicis, ac Triumphalibus Sertis germinantes iam in Iberia Sylvas, iucundissimi oblectamenti conspicere, è Specula mea, fuit. A 4 Sed

g.
10 Sed dum hisce adhuc disrumpenda manet gleba : dum complananda viae, subterrani lapides , tollenda offendicula , operariorum urgenda manus : immo dum Nationis Genio ad privatos potius quam publicos , & ad Intellectus quam imaginativae labores proclives in actionem deducuntur : dum denique Magna corpora eò ipso tardiora moventur: nedum adepta illa percipi potuit , è communis concentu Harmonia , illeque communis studii fructus , quo totius tandem Regni Salus coram , & sub oculis uno iectu collocata , prout res indigent , & comparandæ urgent vicissitudines , exoptatam in casibus Providentiae manum opportune experiri valeat.

11 Cum vero in dies adversa Hispanæ salutis cumulentur fata , pullulantibus undique Regni arumnis , Epidemicis quærelis , & ulterioribus etiam (non sine fundamento) Suspicionibus , mirari (Prudentissimi Viri) desinatis , si ab Academico tantisper seedens corpore , solus nunc operari , vestramque evigilare attentionem , decrevero : dum in prolixiori mora noxam subesse puto : dum

in præsentium (quæ proponam) discr-
mine prompta manu , & consilio congre-
diendum est : dumque suspicionibus cun-
cta scatent : & primos hoſtium audimus
manipulos ; immò & missilia per senti-
mus.

12 En cur assiduas , & amabiles men-
tis curas in cordis ſinu continuò fotas ,
ac comites inseparabiles , urpote à iugū
Sapientium confortio , & lectione pro-
genitas , & tali ſaltem origine non oli-
das , aliquando in vos transferre concu-
pierim : vernaculis , floridis , ac iuveni-
libus exercitationibus manumiffis: quan-
do quidem nec in ſeriis ludere , ut nec
in ludicris , & fucaceis ſerium agere
decet.

13 Propterea Romanorum elegi ſer-
monem : non delicatioris ſensus (quaſi
fordeat vulgaris) affectatione : nec quod
Latinitatem ab hodiernis misere exu-
lantem typis , postliminio revocare ſuf-
ficiam , nec novorum tantum Scripto-
rum tædio , qui ſcientiarum filias iu-
venculas (quam pulchras lucubratio-
nes) in lupanaria , & prostibula (fordi-
dis quaſi , & vilibus placituras procis)
de-

deducere gaudent : nec ea quæ ignorant
 blasphemantium procacitate pertæsus;
 sed obscundans imprimis Legi Hippo-
 craticæ , quæ *Sacra Artium nisi Sacris,*
 & *initiatis hominibus erogare voluit.*
 Scribentem certe servire auribus , vult
 Erasmus; (c) sed eruditis. Studiosos hu-
 militas decet , sed docta humilitas. Ita-
 que non pluribus placere cupio (nec fat
 est) sed optimis. Adeat populum , qui
 præceps , & iniustum ambit iudicium:
 aut cui populum incumbit erudire ; non
 cui Sapientes consulere. Ego in arduis
 his , & arcanis ad Areopagum provoco.
 Qui vulgari in istiusmodi delectantur
 phrasí , imperitorum dentibus sua vis-
 cera præbent obsonium. Nulla vulgus
 se umquam abdicare vult potestate : nu-
 llius se incompetentem pronuntiat iu-
 dicem : nullis tenetur ad decernendum
 legibus : nullis ad criterium , & equita-
 tem regulis. Qui infinito numero place-
 re proponit , stultis arridere vult. Cer-
 donum , & propinarum cupedias , ton-
 strinas , & angulos Civitatis , muliercu-
 latum , & clientum plausus , & iudicia,
 (c) *De Conser. Epist.*

qui-

quibus liber , adeant , per me licet. Interim ego sententiæ istorum stare recuso. Lycæis subiaceo.

14 Deinde nunc saltem id præ ocu-
lis habui , Populi aures non omnium esse
acribus vellicare carminibus. Meticulosis
quidem aliquando coercendus est ; sed
non ab omnibus. Hoc Regiæ , ac Sena-
toriæ potestatis , non Medicorum. Un-
de in eruminarum præsentium discrimi-
ne , & futurorum terrore à nobis Medi-
cis (officio consolatoribus , & auxilia-
ribus) in mærorem , ac desperationem
agi , nec expedire , nec licere duxi. Dum
potissimum communium malorum , &
ipsius Pandoræ Scrinium referandum
venit. Pateat igitur providentia , non
dolori. Nec intempestiva medela miser-
rorum præproperè irritentur ulcera:
prius quam , queis hæc anteverttere in-
cumbit pericula , moneantur. Itaque
vos ad latinum Comercium , Sapien-
tium vere Idioma , à Celeberrimiis Artis
Principibus , Italos , Germanos , & Bel-
gis Eruditis exultum , sedulus invito.
Paucis ergo accipite Adhortationis hu-
iuscce Scopum , &

Epi-

Epiſtola Argumentum:

15. **S**CRIBENDI occasio ex Aurora
Borealis Apparitione. Opinione
nionum circa hanc diversitas. Regulae
Criticæ pro eiusmodi observationum uti-
litate captanda. Analytica eius investiga-
tio. Historia, Epidemicis, Hispaniæ, Con-
stitutionibus collata, & præmissa. Catar-
rhosa Constitutio ab Anno 1730. per to-
tam Europam, anno 1738. renovata. Histo-
riæ Medicæ Commendatio, Specimen. Ne-
cessitas, Utilitas, & Conamina Litterarii
inter Medicos Hispanos Comercii pro
Constitutionum Indole, & periculis dete-
gendis, aliarum Nationum exemplo. Cau-
ſæ Constitutionum Generales: Finales,
Morales, & Physicæ. Signa. Fons Vati-
cinii Divina Scriptura. Hispanæ salutis
iactura, & iacturæ Fons. De Portentis.
Quæ ex præcedentium consideratione
emergunt suspiciones, de statu salutis
periculioso, & ad facile concipiendam
Pestem proclivi. Quod in hoc discrimi-
ne Medicorum cura intensius evigila-
nda. Quod in suspecta Constitutione
co-

eorum tria sint officia, observare consulere, & renuntiare. Quomodo hæc peragenda. Et demum Prosopopæzia Hispaniæ Medicos Alloquentis.

NOVA PROPERANDI OCCASIO.

16 **S**TATUERAM pridem anterio-
ri, quod prætuleram, deditus
conamini, quam plures tacitus ex pro-
priis, & amicis cumulare observationes,
semper illud animo præferens Comætii
inter Medicos litterariorum Scopum : ali-
quandoque Academicò conatu stabilien-
dum oblectamento miro contemplatus
cum ecce, nescio quo instinctu, Phæno-
menon Cœlestis in elapsi anni calce cons-
picui, novis calcaribus illia pertudit:
& properandum, nulla admissa indixit
excusatione.

17 Id fuit Ignis Cœlestis, qui nocte
16. Decembris 1737. ad Hispaniæ con-
spectum se se obtulit, universalem post se
Catarrhi affluxum ferens. Hoc splendens
ostentum multorum iam sane exercuit
ingenia : & exercebit ad huc, dum in-
tentio ad Divinę Vocis organa naturalia
ho-

homines , de Sermonis , & Votis institu-
tu capiendo non cogitabunt. Quasi
enim illud ad ipsos , & non hoc : scien-
tia ipsis unicè demandata fraudari , at-
que in difficiles , ac ferè inutiles scruti-
nationes immergi , multiplici anxietate ,
permittunt. Et abstrusæ in Maiestatis
Chao Veritatis limi oculi opprimuntur
Gloria.

18 Sed cum ista non tam sensus
alioqui , quam mentem , sicque non styg-
mata , sed verba , & non sonum , sed
vocem aestimanda duxerim : quæ du-
dum animo volvebam ad hanc luculen-
tam Pharum rursus rimari institui. Ali-
quidque in Aëre deletescens , quod ho-
diernis Constitutionibus communicet ,
& quod à præmonente Divina Sapientia
fortasse portendatur , suspicans , non
ulterius in cogitatis perendinnandum ,
quin vestras adeam sententias decrevi ,
ut etiam curas evigilem. Si forte enim
hæc pars maioris totius portio est , ex
ungue licebit conjicere Leonem : &
nunquid ultra agendum restet diiudi-
care.

19 Præmittam igitur eius Historiam ,
va-

variasque sententias Socratico, non Academico more, meam proferens, ut vestras requiram. Docere enim non ambo admoneri desidero. Id fortè, pro iunioribus, maiora scribentis munus erit. *Abhortantis* nunc, animos vestros præparandi officia solum mihi adiudico: tamdiù in problema sedens.

20 Schædulam olim Monitoriam circa novæ Febris ingressum Sydenhamio suo equi, bonique consuluere Britanni; & Vos, Hispani mei, circa frequentes, & potentofas Aëris mutationes, earumque Causas, Nexus, & Consequentias, Phylopolitæ vetro, has litterulas probi, iustique consulatis. Sed ad rem.

21 Occidente dictæ iam diei Sole, insolitus apparuit Horizontalis Rubor: qui non tam, ut assolet, ipsi abeuntis Cubili, quam Circii, vel Etesiae cunis incubabat. Quod primò non sine admiratione, ab Excell. Sanctæ Incarnationis Vestalibus observatum, præ loci opportunitate, accepi. Submerso iam undis Delio, & nedum apparente nitidi Aëmula Phœbi, coactis, ut potè in tertio Quadrante Cornibus, Aërea denuò cir-

circa Septentrionem apparuit Flammag
non aliter splendida ac.

*Cum Sol ardentes radios in nubila iecit.
Eius (seu Basim , seu Caput apelles)
p̄cipua pars ad Aquilonis , seu Super-
ni sedem igneus erat robus globiformis .*

*Flammigeramque trahens spatiose
limite crinem.*

22 Lucidam scilicet , & sanguineam
caudam , per maiorem Cœlestis Forni-
cis partem in Oriens protensam . Quæ
duobus fere milliaribus à terra elevata;
partim superior , inferior partim nube-
culis , quæ apparebant , quibusdam , ca-
tera tenuissimè translucebat : primæque
magnitudinis Sydera in conspectum ve-
nire non vetabat .

23 Ignea Cæstaries , Tyriaque Phæ-
nomeni chlamys luce , & si debiliori , mica-
bat propria : ilustrabat tamen terrena
cuncta Vulcaneo fulgore . Ab ipso Po-
lari Horizonte per decem circiter emer-
gebat gradus : & trientale Atmospheræ
spacium occupabat Appendix : eiusque
motus per Aquilonem , Boream , & Car-
basium , ad Ornithiam usque protende-
batur .

24 Figura ignitæ , ac rubicundæ Zonæ in columnas primo efformata ; irregularis postmodo , & pro Flatus lubito varians : plus tamen in longum protracta , præter proprium polaris etiam ignis lumine fulgebat : Vespertine Coruscationis ritu . Donec tamen per multam noctem , ad Auroram disruptum paludamentum , laniatæque vestes per aëra errando sub solaribus sepulta sunt radiis : Boræalis ve-ro ad medium prope noctem coruscaværat pyra .

Ad aliquas denique , post hanc apariotionem noctes laniatæ facis vestigia aliqua in Septentrione per totam Hispaniæ latitudinem apparuere .

OPINIONES.

25 CUM huiusmodi rara , & per-regrina ostenta non igno-bilem Physicæ , & Naturalis Historiæ contemplationem involvant , quæ Medicinæ merito bases audiunt : nec meis de humanæ Valetudinis causis universalibus incongruam curis : iccirco vel tamquam ex his unum , vel , si mavis , obseratio-

num quas efflagito , specimen , in his
ius scrutatione nonnihil immorari lie-
ceat.

26 De huiuscemodi Sententia Vul-
gi (tamquam de re supra suum sensum ,
& ultra suum nasum) terribilis primò:
in ridiculum , ut solet , deinde versa.
Primo adspectu , ut Turnus olim ,
Obstupuit varia confusus imagine rerum:
Cuias Spectrum esset? an Lemur? an Cometa?
an Drace? rogitabant passim iuvenesque,
senesque. Cum ecce Pseudo-Mathema-
ticorum turba : ecce Præfagorum , &
Eruditastrorum sparsus undique rumor.
Collapsis alii genis , & vultu in prophe-
tiam composito insusurrabant Plæbi:
Erunt signa in Sole , & Luna : Contrà
disputabant alii : à signis Cœli nolite
metuere : & risu an Democritico , an
Epicuræo , velut acinace Gordiano,
scindebant nodum : ne solverent.

27 Ipsa vero Plæbs , ut eius est mos ,
postea quam Ranarum ritu (quæsi
Ducem in lacu Suberem Aesopicus imis-
serat Jupiter) terrori primum dedita
& vel biduo post insultans , fereque iam
omnia in fabulas , & vanias vertebat .

Ut

28 Ut ut verò Sapientes , & cordati Viri Mundanarum repræsentationum non ullum Dædalu[m] Artificem , sed Summam Dei Sapientiam , & Providentiam , Naturæque ipsum Fabrum , numquam technis inanibus , aut fucis illudenterem , sed Sapientissimè operantem , & alloquenterem agnoscunt : non spretu[us] ac risu dignum quid , sed summa veneratione (ut Rerum Domini Vocem decet) attentis animis , & serio valde Insolitum quodque , & Portentosum excipiendum iudicabant : & ex variæ disciplinæ fundamentis interpretabantur. Ludere enim certè in huiuscemodi Naturam scimus : ludere etiam Autoris Sapientiam in Orbe terrarum audivimus ; at Providentiam sane non ludere. Nos in magnis , & in parvis , ut pueri ludimus , & illudimur. Certe , qui minus sapit præsentia , & particularia solis manibus , & oculis obnoxia percipit ; Sapientis universalem rerum contemplatur statum : præsentibus præterita annexit : & ex utrisque expiscatur futura.

29 Quibus Phylosophicæ Theses , & Systhematum cristata superbia , placent ,

per ampla fuit symphoniorum, & nocturnarum confabulationum rhapsodiis, & logomachiis materia. Severiores forte, siue pleni, arcanam, & tenebrosam Lucis, Ignis, Visus, Aëris, & Exhalationum genesis introspicere, & rudioribus velut digito, & in charta videre iusis, commonstrabant. Ex Fulgurum, & Coruscationum natura, ex Cometarum progenie, ex Sydereis sobole, ex Castoris, Hellenæ, Cincindellorum, putris Ligni, accensi tabo Fœni, Squamarum piscium, Iubarum, Pilorum, aliorumque ex Animantibus, Cadaveribus, Mineralibus, & Artefactis, Phosphororum tam frigide, quam calide luceantium origine, & natura, aliis aliter disputantibus.

30 Uranoscopi, manumissis tum necessitate, tum contingentia operatibus sub Luna causis, ad Gresus, & Adspectus Syderum provocabant: dum proprios se deturpare adspectus, & gresus in inanem foveam citare suos non perciperent.

31 Polytici Scientiarum omnium Empirici, seu potius Pseudopolitici, Di-

Dit̄is plerumquē , & Gratiarum Sacrificali ex suo Convenientiæ Tripode Mecenatibus non nisi arridentia umquam produnt Oracula : eo ipso magnopere inter se dissidentia , quō diversis quisque popinatur palatis : in hoc uno conformes quod experta , & alias proficiētia eloquantur.

32 Sacris hominibus , ut veræ Sapientiæ suburbana incolentibus , Primam in omnibus Causam Deitatem agnoscete decus est. Sed dum Naturæ virium , & ordinis prætermisso pluribus plus satis arridet , demandatum hominibus laborem , terram nostram exercendi , & sudore vultus scientiæ etiam vescendi pane , fere absolvere videntur.

33 Unde si quis Heros aureum Veillus Veritatis per Phylosophiæ Oceanum inquirere statuat , ad deduendas optimas inde meditationes , & utiles pro opere , & fine humanae perfectionis Notiones eruendas : dum præcipue communis hominum salutis Sydus infectatur : consendet is Argum vigilem imprimis opportet : Heroa Scientiarum

libi devinciat Comites : & hisce in nā
vigando subdatur Legibus. 1. Ne um-
quam extra Professionis metam , & Cy-
nosuræ directionem aberret prora. 2. Ne
insuperabiles fluctus , & voragini tra-
nare præsumat. 3. Ne Viatricum deficiat. 4.
In Scopulos ne impingere contingat. 5.
Post Syrenum ne abeat cantus. 6. A
certis semper , & compertis , ad certifi-
canda , & comperienda procedat : ubi
veneranda Divinæ Caliginis non prohi-
bet Lex , & Scientia meliorem , substituir.
Fidem.

34 Harum Regularum Argonauta
noster exercitus Praxi melioris (pro hu-
mana tenuitate) scientiæ Auream non
diffidat pervenire Chersonesum. Et si in
longiori contingat cominori via : o fæli-
cem Palinurum ! non optatis fraudan-
dum ; sed brevissimo ad ipsius Summæ
veritatis fruitionem per venturum com-
pendio ! Sed quam pulchra , dum navi-
get , viræ , & professionis parabit orna-
menta ! & quanta propriæ praxi , & alic-
no ducatui , præmittet ille lumina , &
incitamenta !

35 Sed quia , dum perficere non

Valeo , prodesse tamen volo , partim ne exemplis Lex orbata vilescat : partim ut meum qualem cumque , de Re ad Institutum pertinente feram calculum : de iis quæ in prædicto Phenomeno utiliter sciri , utiliter ignorari , & ad Medicam contemplationem utiliter adornari merentur Exercitatiunculam accipite.

36 Pro *Primæ legis* executione hæc premittenda. Dum effectus quispiam investigationi subsidiendus à multiplici dependet causa , non nisi multiplici patet examini. Sed & in hoc subest aberrandi occasio , & à recta via divertendi periculum. Cum enim in minima etiam Creatura Summa Creatoris resplendeat Sapientia , quæ non solum nil frustra , verum ad altissimos , & quam plurimos , optimosque fines , quodquimque producit , hinc pluribus Scientiarum Meditationibus quæque subiacent. In despectibili hinc granulo harenæ , & Physicus compagem , Mathematicus triangulum , Medicus temperamentum , Mysta Trinitatis Symbolum , Vitrarius chrystallum , & alii Artefactores innumeras comprehendunt dotes , vires , & aptitudines.

Sed unusquisque à Scopo suo aberrabit,
& aberrat passim : dum Sculptor com-
pagem , abditas vires Geometra , Lo-
garithmos Medicus , .Genesim Archi-
tectus , Analyses in Saxo requirat Theo-
logus.

37 Unicuique Professioni suus pa-
tet Finis , sua subsunt media : nec Sutor
ultra crepidam , nec ultra colores Pictor.
Medicorum Finis est humana Salus. Que
ad hanc tuendam conducunt , optima,
& sola ipsis subsunt Media. Hinc totus
patet naturæ agentis , & agendæ cam-
pus : sed sub sola alterabilis , & altera-
tricis conſyderatione. Cætera vaga , in-
certa obſtantia , & à scopo abducen-
tia.

38 Verum tamen est , nulli alii ex
humanis Disciplinis tanta ex alienis ad-
minicula in Finem sufragare suum , dum
abusum caveas , & rectum instituas
ufum. Exemplo. Moralis Phylophia
quam perbellas aſtruit Clinicae regulas?
Sed quid ad Medicum celleberrima illa
de humana Fælicitate controversia? Dum
Summam Creatorem in omnibus agnoscendum , verendumque Sacra demonstrat

Theo-

Theologia ; quam Medicum illustrare, & supra seipsum elevare novit ? Sed abdita Trinitatis Mysteria , Incarnationis Arcana , Angelorum Hyerarchia , quid Medico , ut Medico? Recte Ethnicus quidam : que supra nos nihil ad nos. Mathesis solidum est ad Physicam fundementum , Physica ad Medicinam : at numquid omnis Physica , numquid omnis Mathematica prodest consideratio? Quid Sectiones conice ad Febrem currandam ? Quid Cartesiani Globuli ad vietum prescribendum?

39 Sed cum solam ad peculiarem usum in Disciplinis , sine sociis Thesis bus , addiscere non detur : hinc Medicus dum Physicę incumbit , plura comparare tenetur , quorum paucis tantum imposterum utatur : pluraqne scire , ut possit eligere opportuna. Sed in praxi , & in particulari Eventu operatus , & acute rimaturas , scopos defixis intuatur oculis , omnesque recto ad finem non contendentes lineas declinare , & ablegare noverit.

40 In Phænomeno igitur nostro hæc unica sit Mediçi Speculatoris consideratio.

rio. An aliquid importet humanæ salutis proficuum, aut nocuum, sive in praesens, sive in futurum, sive anteactis huiusmodi annexum? Huc omnes linea extra hoc nulla. Huc, quantum de ipsius ad humanam naturam referre conducat, sua quæque Disciplina donet; quantum superfluit, preinstructa mentis removeat acies.

41 En Legis secundæ cum prima nexus, & utilitas. Placidè plerumque Navarchus planities Ponti tranans, viæ securus, & ventis delatus secundis, milie Neptuno Patri carmina litat.

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion

Immensas agit procellas, immanes quantit fluctus, & undis ethera conspergit, ruinamque terris minatur, & alris. Num quid prudens interea Magister, contra etrenes vortices, inflata carbasa permittet Euris, ut vini rudentum, aut malorum experiatur; vel ut profunda emensus voraginum, iam in cavo margaritas legere, iam sydera manu tractare, contingat? Quorsum iste dementię furor? Immo salutis cupidus, & sui

com-

compos, in hoc suspirat, si portus umbracula detur appellere: vel saltem furentes eludendo hostes, enormes Occani declinare tumores, data prora, & aversa puppi; ut placatis aliquando Marinis Diis, apertoque Iovis velamine, & chartam consulere, & Cynosuram querere concedatur.

42 Surgunt quandoque in mentali navigatione difficultatum insperati fluctus, & in explebiles apparent voragini: quęsi si incautus ductor non sese investigandis committere dubitet, ac fortiter relugetetur, si plena ventis laxet vela, in altissima, & ignota abripietur æquora: et inextricabilibus immersus profunditatibus, scale, & propositi sui metas vel omnino obliviscetur, vel multis retrocedet gradibus.

43 Ad manus exemplum. In Septentrionali Lucula nostra corpus appet igneum, & coruscans. Occurret statim Physico de natura obscurissima Lucis, de frigidissimis circa Ignem sententiis, de fluidis, gravibus, translucidis, opacis, phosphoris, & centrifugis plura differere, plurima garrire: numquid si per

per universam vitam multa faciat, ferat, sudet, & algeat, ad veritatis antea perveniet? Et numquid, etiam si pervenerit, quidquam circa quæsitam salubritatem, & insalubritatem renuntiabit Medicis.

44 Deus cuncta fecit utiliter; sed non cunctis utilia cuncta. Hanc sibi pessimam occupationem fecere homines, ut cuncta scire aveant, etiam inscibilia. Ecce, de Ore Sapientis, unde incipiat ignorantia. *Et intellexi quod omnium Operum Det nullam potest homo invenire rationem, eorum quæ sub sole fiunt. Et quanto plus laboraverit ad querendum, tanto minus inveniet. Etiam si dixerit Sapiens se nosse, non poterit reperire.*

45 Pulchra certè meditatio flosculus est fructum promittens. Adeat apis, & illæso flore, mella leget; sed fucus disceptra flore, fructum perimit, vacuusque redit. Rerum causas sæpe investigare Physiologiae Medicæ pars est non contemenda. Sine hoc non est quidquam ex arte nosse, quidquam ex arte operari. Sed ea noscenda, & pernoscenda quæ ad agendum manuducunt: cetera fastidiosæ

Ex curiositatē cedant. Quę ad actiones corporum in corpora , sub salubritatis limitatione , utilia , & investiganda, quę parte rationi nostrae subiicibilia , & adeptibilia sunt : secus ammandanda , & ad supervacuas Sophistarum Diatribes confinanda.

46 Remotarum sanè , & abstrusa- rum cuiusque Rationum iam dudum fe- liciter à melioribus tum Medicis , tum Phylosophis exulat investigatio , velar larvata , & incerta ad Veritatem via , lu- brica , & labili innixa cute. Sed in his restat adhuc ubi laudabiliter se exerceat Mathematicus , se exerceat Physicus dum ratione sua uti asuescere discunt : sed compendii , & inutilitatis plena nobis.

47 Mittenda ergo Lucis Natura , & Naturę similes , queis lubeat , indagare: mittenda Nitra sua , Sulphures , & Na- phtę Chymicis , & Tormentariis : suę Cartesio primi Elementi in Globulos pres- fiones : suus Mathematicis Computus , & Combinatio: suus Atomistis similium Concursus : suus Ludimagistris Verbo- rum comptorum muliebris fere mundus: suum denique Coax Ranis. Nil super his

cer-

certi astrues umquam , quod praxim de-
ducat. Hęc potius ingenia torquebunt,
quam votis satisfacient. Nec multa in
iis Physicus adumbrabis , nec Medicus
profeceris.

48 Nos in malacia proficiamus : pro-
ximiora Rerum relegamus littora : ve-
riora , & assequibilia secessemur , ut
nanciscamur utilia. Qui nostram Sapien-
ter condidit , & providenter exornavit
Naturam , nil certe ipsi conducens , &
conveniens omississe parest. Nec nos
deterioris , ac Bruta , conditionis effe-
cissemus , qui paulo minus minuit ab An-
gelis. Novit enim brutali cognitione
quę sua sunt bellua : & ad suę conser-
vationis (iusti aestimatę) querenda me-
dia , nec sciens , ultrò fertur. Natura-
libus commonita signis novit Ver Hy-
rundo , Hyemem Grus , Vultur escam ,
procellam Phoca , messem Formica , pre-
dam Lupus , Auroram Gallus , Cervus
Dictatum : fugit venatorem Lepus , elu-
dit Vulpes : & nec Conchę , nec Polyp-
po , nec Bombyci , nec Aranę , nec Cri-
noni ad perfectionem , & conservatio-
nem instinctus deest : ut si opportet

præsentia norint ; si expeditat , futuræ
præsentiant.

49 Quis ergo Naturę humanę (præ-
sertim à Salvatore restabilitę) & necef-
saria deesse , affirmare ausit. Sed , ut di-
xi , ea restat hominibus in pœnam ad-
dicta spiritus afflictio , ut ultra oppor-
tanum , & ultra metam supervacuis cu-
ris intemperanter sapere inhient : nil
sibi denegandum credentibus : & id non
immerito foret , si (ut Viatoribus de-
mandatur) id humilitate , & Cœlesti coes-
mene Gratia , cuperent.

50 Subdamus ergo , ut decet , capita
nimis forsan erecta : brutorum docilita-
tate sectemur superna luce datum instin-
ctum : altiora nobis nequæsierimus : ut
ad veritatem aliquando exaltemur. Ex-
perientiam habeamus , & colamus Ma-
gistrum , & perceptibiles in unoquoque ,
proximasque , ad Artis sensibilem sco-
pum perscrutemur causas.

51 *Tertia navigaturi Lex* ne viaticum
defficiat præcavere commendat. Hoc
consistit in matura , & sufficienti præ-
instructione , sedula meditatione , & li-
brorum commercio. De quibus , ut Ar-
gu-

gumentum nimis obvium est: alibique tractaturus, plura nunc afferre supersedeo. Pro prætenti solum commendo Eru-ditorum Compilationes, & Acta, Phylosophiamque Vvolffii, & Stahlii: sed Hippocratis, super omnia, consuetudinem.

52 Quandoquidem verò necessum est, ut qui Problemma solvere instituit commodè innitatur Hypothesi: hic *Quartæ Legis* neceſſitas, ut Syrtes, & Scopulos caveamus. Si quando in alto æquore, & vastissima planicie aquarum novas erumpere Insulas, Rupes, & Syrtes emere, in Aegeo præſertim ex Posſidonio retulit Seneca: hoc potissimum in nostra navigatione evenire credas, si oculorum nostrorum hebetudinem bene noveris, Fallaciasque, & Similitudines, queis passim deludimur, & quæ navi-gantibus pro veris imponunt, periculaque, & negotium magnū faceſſunt. Nil infamibus naufragiis tot nobilitavit Scopulos, nil tot Scyllas, atque Charybdes, quam boni similitudo, & inculta confidentia.

53 Opportet igitur in nostro Ar-
chi-

chipelago , ut Mens eaūta in puppi ad gubernacula sedens , nec undis fidat , immò nec chartis . Sensuum Scapha pāsim iacienda : ad omnia contis approximandum , an lateat dolus , an subsit vorago , tangenda profunditas , examinandus portus , nē forte iudicij navis impingat , & in fallacia submergatur . Hinc enim experientia periculosa , & difficile in Medicina Iudicium . Hinc ubi rates una salutem , altera reperit naufragium : quia non ad quæcumque approximamus , sed ex usu , aut præconcepto movemur . Examinentur partes , ut deprehendatur totum . Optimas inveniendæ veritatis regulas dedit Mallebranchius , sed hæc est præstantissimas cavere similitudines .

54 Ad hanc prudentiam efformans
dam plurimum exquisitissima Naturalis ,
& Medica facit Historia . Non illa quæ
quomodo Res fiant , edocere præsumit ;
sed quæ , quando , quoties , & ubi ,
queisque stipentur circumstantiis fidè , ac
veraciter exponit .

55 Syrennes in Ponto declinare
Ullæa Sapientia Quinta Lex præcipit .

Non certe tor expērrā olim Parthénōpe , & nomine donata , quot nostrę infidiantur navigationi . Aliquas earum ab expertis adumbratas Naucleris prodam.

56 Prima Ligie Sirenum male fe-
riata meretrix , tibia canens , precox
Famæ modulatur Fascinium . Dum enim
placido vento commissa navis , secun-
dis pergit labi auguriis , mirum quam
furtim , quam tacitus auræ , qua fertur ,
ignotus sese immisceat hic flatus , qui
forte imperceptus , & dolose blandiens
carinæ inflebit cursum , & sensim in am-
bitionis dirigit scopulum . Ni oculatis-
simus Rector , obturata blandimentis
aure , rectissimo præalligatus malo , ocu-
lis in pixidem defixis , validis clavum
teneat carpis : nec subter aquas infidam
permittat remigare phylautiam : aut clan-
culum proris subesse Echenein .

57 Inseparabile hoc , & forte insua-
perabile Litteratis periculum , statim
à primis adest conatibus . Nec nisi Di-
vina prævaleat Aura , ut à recto inflata
vela non deflectant cursu , sperare est .
Honos alit Artes : gloriā spernere ul-
tra-

tra humanum est , tantumque prudentiores à se demandari permittunt : ne præpropera sit gloria : ne immatura emicet fama. Laudabilius conaminis solus exitus est corona , vel sapientum approbatio. Sustineat , speret Litteratus ; interdum tamen rectissimum instituat iter. Nemo sapiens cito , aut ex florida laudat specie ; stultorum hoc est. At audi quod in Divinis dicitur Oraculis (d) *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Interdum qui recte progreditur corde , solius virtutis carmine delectatur. Hoc , aut Astraea fallit , aut solida consequetur gloria. Nec licebit huic ab initio statim proram dirigere , quin rectus inflectatur cursus. Sicque (e) *cor ingrediens duas vias non habebit successus.*

58 Præcox gloriæ desiderium , germanum insequitur Monstrum , sub fuca- ta facie truculenta *Tisiphone* : auri nem- pe Cupiditas , omnium malorum radix : sed præcipue dum præmatura invadit ingenia , nec adultæ vires ad Olympica sufficiunt , deteriora multa in subsidium adiungit , mendacium , infidelitatem ,

C 2 pha-

(d) Eccli. cap. 14. (e) Eccli. 3.

phanatismum histrioniam , maledicētiā
tiam , omniumque Artium pessimam hy-
pocrisīn. (f) *Qui festinat ditari , non in-
nocens erit.*

59 Sed , & ummerosa chelys cona-
sonantia sinistra *Leucostē* deludit Ars , &
nisi constantes , & sibi consciōs , in mag-
na pericula conjicit navitas , & ab at-
tingenda distinet meta. Ea est (plerum-
que sine culpa) dulcis auribus sed val-
de infidelis plausus populi præmatura
vox. Hac si latus tantillum ferri per-
mittas nec solidiora quæras fundamen-
ta substernere , præcoci flore verna for-
te marcescer *Coryllus*. Vetus est Hispa-
norum infortunium , à nostro bene ani-
madversum *Merula* , quod (g) fælices
ingenio infeliciter discunt , quia cum
semidocti fuerint , doctos se credunt. Sed
Vulgi festinata laus , aut in hunc dedu-
cit Scopulum ; aut aliò deteriores parat-
dum adquisitæ famæ conservatio in ne-
dum solidè sapientibus , assentationem
accersat , figmentis fulciatur , turbas
affectuum excitet , emulationem patia-
tur,

(f) *Eccli. cap. 28.*

(g) *In Geogr. cap. de Hisp. morib.*

etur, invidiam, contumeliam, calumniasque etiam bonorum foveat: & quæque demum intimius formidet.

60 Et latens interdum astat arguta
Parthenope, cantus suavi modulamine
 demulcens pectora, suavique ac insensi-
 bili Zephyro perspirans, Hyberni Syde-
 deris conspectum abducit, & gaudentes
 in Syrtes agit marinas. Hæc est Phy-
 lautia ipsa, omnis litterati inimica can-
 doris. Nimius, & effrenis propriæ sen-
 tentię amor nescit umquam colla sub-
 dere Veritati. Hinc proprii Systhematis
 iniqua per saxa, per ignes propugnatio.
 Hinc calcecis pedes, non pedibus apta-
 re calceos. Hinc torvis oculis, si nostri
 nos erroris commoneant, amicas con-
 tueri Musas. Hinc si in nostra placita vel
 modestissima alterius suboriatur impug-
 natio, in furibundas ruere vindictas,
Apologetica, & *Satyrica* evomere, nec
 nullis contra ius omne parcere iniuriis.
 Crassè à præconceptis nostris sàpè deci-
 pimur, & amico interdum monitu resi-
 pscere possumus. Sed hæc Sirena, nisi
 tempestivè removeas, mordicus defen-
 dit.

C. 3. lib. II. Hinc

61 Hinc etiam eloquentes ipsi , & Eruditi Autores , in Sirenes quoque abi-
erunt. In Nuperis præsertim multis per
pauca est fides. Nos cantilenis , & pro-
missis deludunt : nec nisi serium valde,
ac iudiciosum adhibeas criterium , post
illorum abeas concentum. Fide ; sed
cui , vide : (b) *Et ne pecces in multi-
tudine Civitatis.* Est enim , & error dum
quos amicos , seniores aut magistros in-
sequimur , diligimus , reveremur , aut
etiam alios aliter aversamur: ne in alte-
rutrum insci*i* feramur assensus nimii,
aut dissensus extre*mum*. Unde in nostris
aliis plerisque affectibus inquirenti ve-
ritatem subinde multifariæ pullulant Si-
renes.

62 Dum harum speciem vitarit Phy-
losophus *Sextæ Legis* operi sedulus va-
cabit , qua instituendi ratiocinii Metho-
dus , & solide ad vera , & solida suæ
Artis opera perveniendi progressus , tra-
duntur. In *Physico Medicis* nostris , ubi
acu *Mathematica* , & demonstratione
Res attingere plures quærunt , plures
exoptant: sed nemo perficit , vel per-
fi-

(b) Eccli. cap. 7.

ficiet: maiori Arte, & ratiocinii circuitu procedere cogimur.

63 Quò verò, cum altius erigenda moles, eò solidius exquirat fundatum: Philosophia nostra omnibus verior, omnibus sublimior non nisi certissimis superstruenda est. Ea sunt veritates clare, & omni procul hæsitatione perceptæ. Hanc sciendi Artem quam pulchre excoluere prælaudati Cartesius, Mallebranchius, Vvolfius, eius Compendiator Thummingius, Maignanus, & noster, sua praxi, accutissimus Narrator.

64 Horum Methodum ad nucleus percalleat quisquis solide rationis suæ viribus proficere desiderat. Nos pro præfenti ordinem, qua procedimus ad utilia Phænomeni nostri introspicienda, pro tenui facultate nostra adumbrare, & peritioribus tubiicere, non recusabimus. Et quandoquidem non nisi veritatis fide, evidentia, & invicto deprehensis ratiocinio, iuncti licet: quod ex his ad usum nostrum deducere est possibile; hoc tantum nobis demandatum: hoc tantum nobis assequibile, ac præfixum

fixum credamus ; nec ultra nobis incunabere , aut è re nostra esse : quandoquidem Altissimus qui Medicinam , ut cæteras creavit scientias , illis assequenda præfixit , ac limitibus conclusit : ultra quos plus velle sapere non opportet , nec erit sapere ad sobrietatem.

65 Verum ne ideo conjecturę benè institutæ mirificum in Medicina usum relegare videamur. Si conjicere in Arte nostra non liceat , fortè nec curare licebit. Assequimur plerumque conjecturis , quod demonstrationibus impervium est. Sed suus cuique modus , suę cuique regulę : quæsi si innitatur , lux emicat , et si artificialis , in diurnæ claritatis suplementum : si vero extrà littera procedat , aut sublimius ascendet , seu plus ex ea concluditur , quam debetur , umbras pro rebus , speciem pro corpore amplexabimur , & in brutale incidemus Empiricismum. Ubi operandum impræsens , nec demonstrationi evidentes suppetunt præmissę , ad probabilia , pluribus analogiis , dilecimatibus , & inductionibus Artis necessitate , vel nolentes , adigimur. Verum conjecturæ substituta Hy-

po-

pothesis , scientificis examinata prius regulis , & brebiori , ac clariori via ad sui iuris phænomena respondeat , & nil ultrà nimium vel enorime concludat . Sed de his in alio tractaturus Opusculo , ne plura dicam . Consulatur de Medicina mentis , & corporis solertissimus Anonymus .

66 Nunc ex Legum nostrarum norma in præsentem propositi Phænomeni discussionem pergam . (num . 40 .) Artis utilitatem ex Lege prima (à num . 36 .) pro termino præfigens . Abstracta quoque , remotas , & intricatissimas ex Lege secunda declinans scrutationes (à num . 41 .) solidiora ex opportunitis disciplinis adducens prælibamina ex Lege tertia . (num . 51 .) Similitudines , & falsas Analogias , umbrasque rerum , è proximo examinans , ex Lege quarta (num . 52 .) possibili synceritate à præconceptuum astutia declinans ex præcepto Legis quintæ (à num . 55 .) Aptiori dein methodo , qua potuero , ad elicienda utilia , & firma Theorematata ex Lege sexta (à num . 62 .) procedens .

ANAE

ANALYTICA INVESTIGATIO.

67 ANALYSIM de Aurora Boreas

Ali partim sensu , mente
partim instituendam p̄mittere , ut ad
nostra deveniamus quēsita , necessē est.
Imprimis corpora lucida (à num. 21.)
hæc duo realia , & consideranda p̄se-
ferunt *Lucem* , & *Materiam*. Color enim
est modificatio lucis Et si aliud qui p-
piam sit , abstrusissima hæc , & Scopo
Medico inutilis investigatio.

68 Lux ignem subesse significat : aur
igni quid analogum. Videntur enim lu-
cere ignes : sed , & alia corpora quæ
etsi perspicue lucida , non denoscitati-
vè ignea sunt , ex omni Phosphororum
tām naturalium , quam artificialium
clase. (num. 29.) Nec solem , syderave
igne lucere , fatis constat : ut invincibi-
liter ostendatur. Nil ergo (meo saltu
sensu) de vera , & proxima huius lu-
cis natura evinci potest : licet probabili-
ter , & Academice multa disputari va-
leant. Probet quisque suas vires , & si

PO-

potuerit, faciat; ego mearum periculum feci: nec potui.

69 *Materia*, quę Lucis huius causam continet, & subiectum, terrenis potissimum constare exhalationibus, ex Atmosphærę historia, recte concluditur. Cuius indolis istiusmodi sint, non undequaque probatur. Nec quidquid ex Meteorologicis habemus ad unguem determinat, aut ullo syllogismo adquietem satisfacit.

70 Vaporum Congeries in Atmosphærę determinatis fieri locis Ventorum anallexi, inhæsitanter percipimus. Inter hos Meridionales plus facere, ex eo videatur, quod ad Septentrionem producatur: & quod id potissimum fiat post diuturnę siccias, & Austrinas Constitutiones.

71 Hic circa Aquilonem nitrossas gelidorum congeri exhalationes, propriis non diffantibus, aut dispergentibus Boræis, per rationem facile assequimur: iuvantibus circa frigida, & nitrossa, Boylei, & Physicorum experimentis: quæs sine contraria demonstratione, fidem omainò denegare quodammodo

modò iniustitiam , & arrogantiam sapit.

72 Noctu potius quam interdiu apparere , certum est ; fieri , non ita certum. Solis enim præsentia hæc conspici prohibet ; non producit.

73 Figuram accipere ab iisdem , abqueis coacervatur flatibus , natura vaporum inconnexa , & terminis indefinita suadet : quin ad hoc Halleii ratiocinia (quæ pro novis nuper venundata , ipso innominato , legimus) circa directionem polarem magneticam , ut nec pro Septentrionali fede , quid quam satis evincunt. Hæ conjecturæ manent ; sed nihil nobis utile produnt. Unde pro primo examine fere nil aliud compertum habemus , præterquam *Vaporum ad Aquilonem Congeriem lucem in se concipere aptam* : seu ventorum impellentiam collissione , analogia agitati Mercurii : sive intestino corporum conatu , ut putridæ res , sive lucem accipiendi a Sole aptitudine , ut Bononiensis phosphorus , sive , alia quapiam intimæ , & ignotæ naturæ propietate : que tamen , eo ipso , pro nullius solidi discursus basi substerat pebet.

MEDICA CONSIDERATIO.

74 EX Physcis ad Medica translatus sermo, secundo quærit loco: an concernens ad humanam salutem aliquid in eiusmodi lateat Phænomeno? (num. 40.) A priori in his procedit Ars, aut à posteriori. A priori investigatione causarum ex recta Logice: à posteriori effectuum discussione, & analogicè, ex Historicis, & experimentis. Causarum in hoc Metheoro nidulatum scientifica non subest cognitio: multo minus earum ad humanam salutem relationis: Coniectura tantum subest, ex aliis desumpta ratiociniis: quorum præmissæ sint constantes, & aliqua saltem ex parte proximæ.

75 Si hæc consulamus, utique possibiliterem saltem huiusmodi Relationis ritore concludemus: & ulteriora ex Arte conjectabimus. Assumamus ergo produbitato nos Aere ad Vitam, & valetudinem indigere. Ab hoc ideo nostra potissimum alterari corpora. Ut non sit voxius, debere esse purum, aut iis munis

mundatum extraneis , quæ nocua sunt.
Nunc sic : insolitum , & peregrinum
Metheorum Atmospheræ insolito , &
peregrimo hospite inficit Aerem ; sed
Aer sic infectus , si incorpora agat nostra
adversis qualitatibus , salutem nostram
labefactare capax est : ergo insolitum ,
& peregrinum huiusmodi Metheorum fa-
lutem nostram labefactare est capax.

76 En hinc solam concludimus no-
cendi aptitudinem sub his verò condi-
tionibus : si ad agendum approxime-
tur , si hostilem habeat insolem. Nil ul-
tra à priori . A posteriori verò approxi-
mationem adesse , cum actuali iniunctio-
nia tam deprehendemus , cum huius vir-
tutis , actum secundum , effectum scili-
cket cum his necessariò connexum vide-
rimus.

77 Proximus ergo accedere , & hos
examinare effectus opportet. Nunquid
alterationem in humana salute non vi-
dimus , quæ nulli melius alteri , quam
Aeris sit adscribenda novæ alteratio-
ni ? Verum pro hac accuratori in-
vestigatione , dum Chymicorum more
ad alicuius rationem detegendam , plu-

ra instituere , & iterare experimenta non
licet , ex Historicis prolixius paulò , pro-
posse requiramus : instito rationali ana-
logismo.

HISTORIA PHÆNOMENI, & præsentis Constitutionis.

78

SI , ut fontium solet , Lucula
istius Polaris ab altiori re-
petamus notitias , observatam (rarius
licet) inveniemus , ab antiquis Phyloso-
phis Aristotele , Plinio , & Seneca , &
iam Aurora nomine , grammaticalī for-
te palchritudine , insignitam , in des-
criptionibus , & Tabulis Fluddianis , &
Representationibus Meteorologicis . Sed
ab elapso XVI. Sæculo frequentius . In
eo enim octies ab Auctoribus accipimus:
annis videlicet , 1518. 1523. 1560.
1564. 1574. 1580. 1581. & 1582. ut
ex Actis (i) Eruditorum Lipsiensibus,
& diversis Nuperorum compilationibus
habemus . Sæculo XVII. quater exactius
observatum : comperimus annis 1621.
1629. 1672. 1686. Et demum nostro hoc

XVIII.

(k) An. 173.

XVIII. Século ab Académia præcipue Scientiarum Parisiensi accuratius , & frequentius , tum ab aliis Eruditis accipimus Annis 1707.10.16.17. 19. 21. 22.
23. 26. 27. 28. 29. 30. & 37.

79 Petro Gassendi forte primò aecurataam huius Phænomeni observationem debemus , aut certe in describendo diligentiam , ann. 1621. sed efficacius ante annum 1707. in hoc Sapientes non incubuisse , comperimus. Exinde nobis traditæ historiæ huiusmodi Apparitionum , dictis annis , in diversis alternatim Regionibus animadversarum. Bononię , Lusitanię , Gallię , Germanię , Berolini , Batavię , Scotię , Hibernię , Polonię , Danię , Rusię , Groenlandię , demum Hispanię : ubi , & anno etiam 1672. à Nunneſſio nostro idem obſervatum. Sed , & Subpolaribus Regionibus indigenam hanc esse flaminam ex eorundem accepimus Relationibus.

80 Ex quo vero Septentrionalis hic Vulcanus nostras proximius , & frequentius visitare plagas instituit , eius effectus , & consequentię accuratius observari cœperc à DD. præsertim Academię Regi-

Scienc-

Scientiarum, & Māraldo demandata opera: compertumque, hoc in Annis notabiliter evenire siccioribus. Præser-tim ubi quatuor annis consequuntim visa Lucula, videl. 1716. 17. 18. & 19. Sic-citas (facto computo) præ triginta præ-cedentium annorum Siccitate æstimata est.

81 Nostra Hispaniæ omnino con-gruit observatio. Annus siquidem 1672. sterilis, ac pestilens fuit, Anno simili-ter 1730. & 1737. siccissimi fuere: nec ultra observationem habemus.

82 Sed, & congruunt Barometricæ ob-servationes hanc alterationem versus siccitatem, & auctum Atmosphæræ pon-dus comprobare, quas in Mercurii ascensi consuluit Gottliebus Ephraim, in suo tractatu de *Efficacia Aëris in cor-pore humano*: & nostris nos in Carpen-tanis, & Vandalicis observationibus con-cordes invenimus.

83 Contemplantes dein humanæ sa-lutis statum, qui eiusmodi consequeba-tur apparitiones, fere nil à Lucula anni 1730. quam Siccitatem, Sterilitatem, & alter-nantia per Provincias Epidemica

mala, invenio. Anno præsertim 1734: generali totius Vandaliæ, & plurium Hispaniæ Regionum annonæ caritate, & morbis memorabili. Ex quo supplices Populorum Delegati, indefetsi Curiæ pedissequæ, alios aliis (ut lobi famularus) succendentibus, Regiam semper pietatem urgere, non cessant.

84 Postquam enim in Narbonensi Gallia dira Masiliæ pestis anno 1720. vicinias nostras insidiaverat, ac terruerat: postquamque ab hinc truculenta Pestis, & Epidemiarum successio totam Europam continuo peragrarat: proximusque, post Ventorum flatibus valde molestum: post Cometę augurium, frequentes Cœli Rubores, scintillantia, & cadentia Sydera, Hallones, nocturnas, & Lunares Irides, & alia (proximum) suspensi Aëris, & plenæ Atmosphæræ in Barometro signa: ascidente iterum Mercurio, emicuit Aquilonaris, de quo suprà, Ignis. (num. 17.)

85 Notatu dignum id eo tempore mirans sum: quum enim per hebdomadem totam incessanter urgeret Aquilo, qui etiam Phænomenon præcesserat,

nil circa humanam valetudinem novum
hic Matriti accidisse viderim. At , ea
elapsa , & cestantibus una Ventis , affa-
tim , & omnes fere Cives , (velut à ful-
gure) importuna Tusi , & catarrho cor-
repti sunt. Perstrepebant undique tu-
sientibus Foru , perstrepebant Templa,
Calles , & Angiportus ; & vix centessi-
mus ridebat immunis.

86 Non omnes tusientes febre cor-
repti sunt , sed maior eorum pars. In
qua Constitutione sequentia sedulò ob-
servavimus. Efficacius fæminas , quam
viros apprehendit : minus pueros , & se-
nes. Omnes fere præcedentis Constitu-
tionis (qui valde iam paccati silebant)
fuscitavit , ac reproduxit morbos : si
Variolas excipias. Amygdalarum pri-
mò inflammationes , & molestiores Tu-
sus , Arthritides deinde , tum germanas ,
tum annomalias immisit. In valetudina-
rios , & magno ante id morbo aliquo
tentatos prolixius sequit. Pulmoniacis
vexatos , & iam fere sibi de sanitate fi-
dentes plures inopinatò , vel palam tru-
cidabat. Pluribusque aliis secundum Fe-
bris insultum opperientibus , mors pro-

aceSSIONe IMPROVISA SUPERVENIT. IIS POTES-
TISSIMUM , qui in prima Vertigines, An-
xietates , aut Lypothimias sustinuerant.
Nonnulli vero stantes pedibus, aut etiam
deambulantes , abique ullo prævio
sympthomate , velut ab ictu fulminis
examinati sunt : nec ullo relicto morbi
vestigio. Quod Crepidario Regio iuxta
meos accidit fores.

87 Quos verò Ephemera , & com-
munis Catarrhus , nullo alio stipata
sympthomate corripiebant , fæliciter , ac
citò evadebant : nec ex his ullum peri-
elitari audivimus. Phlebotomia ex me-
dicinis pessimè audiebat : nec nisi san-
guine valde turgentes , etiamque spiri-
tibus pleni , hanc ferebant evacuatio-
nem. Multa enim , plena alias , corpo-
ra , & nunc etiam Anginis tentata , sta-
tim , sanguine detracto , prosterneban-
tur : quia velut vapidus , & iners tunc
erat temporis. Et Febris alioqui inno-
xia futura , in malignitatem alium sibi
deteriorem associans morbum abibat.
Catarthica opportuna , non astante su-
dore , in declinatione prospera. A diluen-
di excessu nonnulli hydropem accerse-
gunt.

runt. Dieta verò , & moderata Analepsis omnem explevere paginam. Sudoris terminations frequentes , & salutares. Sine sudore infidæ , & recidivas sperare iubebant. His plerumque fitis intus relicta , & rigoris sine accessione recursus, hyppocondriique ructus , & cibi inappetentia. Adfuere molestissimæ Ophthalmie: quarum prolixitas Archiatrum Primarium nostrum diu cruciavit. Interdum sporadici alii morbi perpauci erant: nec Endemius Coli dolor urgebat.

88 Februario ineunte huius anni 1738. fere iam Catarrhosa deflagrarat molestia : quæ sua nihilominus analæcta, & chronicam Arthriticorum prodebat semetem. Sed quod fatalius accidit , plures ex non bene Tusi liberatis , Asthmatici , & pectore Hydropici evasere : plusque eorum intra bimestre mortui: plusque difficulti nunc laborant spiritu. Serenitas , ac siccitas , teporque , atque præstolata Hyrundo , Ciconiaque Ver ante tempus prædicebant ; verum Sol non solito more calefaciens mane , noctemque sicco concedebat frigori , ac pruinę : usquedum procedente Februario

Frigus , & Aquilonium recrudesceret
geli.

89 Plurimus hinc patet Medicis , ac
Physicis conjecturis campus. Sed ad Rem
nostram utiliter tantum sequentes ad-
ducemus. In primis sine repugnantia
ex dictis percipimus , Aërem à sua since-
ritate , crassi , pondere , & mundicie de-
flexum , in Septentrionalibus præcipue
plagis , indeque ad nostrates protractus ,
indebitæ siccioris cuiuspiam materiæ , &
oneris tenaci implexu , hostilem , ac
sufocantem socium multis iam ab annis
admisisse (undecumque venerit)
nec depellere valuisse , ut pristinam , ac
connaturalem recuperet puritatem .

90 Assiduum enim , & iuge Borœ-
alium Flatuum , his temporibus satelli-
tium tantæ Tyrannidis Prætorianum
udos , & pluvios ex Oceano , & Me-
ridie Ventos tamdiu destinent ; fere ar-
cent ; immò dissipant , & steriles aman-
dant. Quos eadem progenitos Materia
conjicere est , quæ diuturno Meridio-
nalium impulsu circa Polum olim cumu-
lata confederat. (n. 70.) Et uberrima
nunc eiusmodi Aquilonibus subest. Quo-
rum

rum prædominio gravata Atmosphæra,
& sañubribus spoliata Imbris, Gelu,
& Sterilitate truculenta, crudele in Eu-
ropam iam diu exercet Despotismum: ut
nostras historias, cum stupore appetet,
perlegenti.

91 Non enim aliunde tot Epidemiae,
& fatales Regnorū Constitutiones in
Genus humanum velut delendum aliun-
de alternatim ubique sœvire, congruum
videtur, quam ex Aëris puritate, ela-
tore, pondere, & natura sic alteratis: quæ
hominibus vitam, sanitatem, spiritus,
sanguinem, diggesiones, secretiones,
motus, traspirationes, naturales vicis-
tudines, etiamque Intellectum, &
animam (Hippocrate teste) (k) gene-
rantes, ac foventes, dum sic degenera-
ta occurunt, pessundantibus. Aquorum
etiam Segetum, Armentorum, omnium-
que Valetudo pesidet efficacia. Ex quo
Systhemate recte phylosophari volētibus,
plures utiliter obviant discursus, ut ali-
quid in Phænomeno latere, quod ut Cau-
sa, & ut Signum Medicis Reflexionibus,
& publicæ saluti congruum opinino sit.

92 Adde insignia Phænomena in tota Europa ; sed in Hispania præcipue à semisæculo iam observata ; & fedu-
lo conter cum mutatione illa humanæ
Valetudinis , quam Naturæ Senectutem ,
aut Statum decadentem iamdiu am multis
passim suspicari passim videmus . Duo
super hoc , sed perspicua , & cuiuslibet
oculis obnoxia , & si à nemine pro digni-
tate (quod sciam) animadversa adducam
exempla .

93 Primum Animalis loco motive
Virtutis imbecillitas , si Avorum nostro-
rum viribus comparetur . Hęc palam
mirantibus oculis se offert palpanti , &
consideranti immane armorum pondus ,
quibus onusti olim homines in prælia
procedebant . Dum enim anno 1733 . Re-
ges , Regiusque Comitatus Matritum
petentes Elviſium Marchionisque San-
ctę Crucis Arcem , & Palatium appelle-
rent , dumque antiquorum Ducum ibi
lustratenus arina : obstupebamus certe
de mira illorum equorumque fortitudi-
ne , qui tanto onusti metallo , strenui
adhuc , & agiles bellicos inibant confli-
ctus , hodiernis certe prolixiores , &
mul-

multo plus labore plenos. Equorum caphracta, ferrea scuta, Loricæ, Galæas, tibialia, brachialia, & universi corporis ex chalybe armaturas, quorum ingens pondus stupebamus merito, dum vel cassides aliquæ crassiores, clipeos, & gravioris armaturæ duplos thoraces, vix manibus plures sustinerent: capite nequidquam. His graves procedebant in bellum maiores nostri; diu noctuque gestabant: ponderosissima insuper vibrabant arma, Rhomphæas, Hastas prælongas, Falces, Tormenta: nec cursui, luctæ, incendio, naumachia, murorum, & artium expugnationi impedimento erant. Fateor ad ista non pauca contulisse consuetudinem, & à pueritia institutionem; sed quod exorbitat à naturæ facultate nulla potest consuetudine teneri. Hæc quæ prostant anterioris sæculi monumenta indicio sunt, & mensura præsentis virium decadentia.

94 Alterum immutationis phænomenon in molesta odoratorum perceptione emicat. Pueritia adhuc mea tantus erat aromatum usus in sanis, & ægrotis, in viris, & fæminis, in potu cibo, &

vestitu, in sacrīs, & in prophānis, ut
Ambari, Moschi, Galliæ, Naphē, Bal-
sami, & aliorum Aromatum impendio,
nix Orientalis sufficeret India. Matro-
narum, Urbanorumque hominum odo-
ratus halitus quasi distinctivum erat.
In Templis, & in domibus cælesti suffu-
migio ambarata adolebantur posa: nec
puerperis, aut menstruatis perniciofa
erat florum, aut odoratorum (quæ nunc
tantopere cavetur) approximatio: nec
moscho etiam pethotēcis instinctus odor
capitis inferebat gravitatem; suavissi-
mum immo oblectamentum. Quid hoc?
Nisi forte insignis in natura mutationis
Vi, in contrarium verti omnino potuif-
set? An forte Aët odoratorum vehicu-
lum, & ipsius odoratus inseparatus co-
mes sua variatione hanc novam indo-
lem inducere potuit, & antiquam abole-
re? An non imbecillis est sensus nobiliori
suo obiecto pertundi: & ut si lucis hodie
delectantis, cras offendantur oculi, im-
becilliores redditos extemplò affirmamus:
idem afferere liceat dum sensibile quod-
vis prius adaptatum sensui, manens
idem, postea, ut sensibile excedens, la-
dat sensum?

95 Istius Decadentia momenta , ut
prolixioris considerationis Opus , aliò
remittens ; hoc tantum in præsens assu-
mo , à frequentioribus hisce Ingnitis
Phænomenis non inconnexè plures in
humana Valetudine novitates observari:
adeoque huiuscemodi ostenta , ut &
Historiam Naturalem , iure e Medica esse
consideratione . Ad Historiæ nunc Medi-
cæ scrutinationem deveniamus : cuius ad
Causarum nexum , ordinem , & influ-
xum , optimas analogias , inductiones ,
& ratiocinia , suppetere est.

HISTORIA MEDICA.

96 **A**EGYPTIUS olim Sacerdos
Critias (ut ex Timo ac-
cepimus) differenti , ac perconclanti
Soloni , nec antiquitatum satis instructo ,
sic in Græcos inventus respondisse fertur:
O Solo , Solo ! Græci semper pueri estis:
nec quisquam è Gracia senex : quia iuvenis
semper vobis est animus , in quo nulla est
ex vetustatis commemoratione prisca opi-
nio , nulla cana scientia .

97 Hac monitus ego increpatione ,
cum

cum multarum meditationum cūmulus,
& vigilem satis Antiquorum lectionem
pro præsenti instituisse Argumento,
superque his omnibus collectis reflexiva
Archite~~ctonice~~ rimarer : ex Historia Me-
dica Hispana , quam ad manus habere li-
cuit , & discripta pluribi Analecta reco-
ligere, Vicissitudines primò Temporum,
Aëris insolitas facies , & popularis inde
Salutis permutationes , vires , & recur-
sus Proth~~e~~iformes , ab Authoribus , qui
interfuerant , contemplatus : o Deus !
quam me de nostra incuria , & Medicæ
Antiquitatis neglectu pœnitere cœpit !
O quanta in Sapientiæ acervum Autho-
res Veteres (queis forte , teredine se-
micorrossis , fors pepercera~~t~~) symbola
contulisse deprehendi ! O quam tempora
temporibus , annis annos , Constitutio-
nibus Constitutiones comparare utile ,
ac iucundum novi ! Si mentem sanè me-
moria iuvat , & illustrat : tanto præteri-
torum notitia præsentium agnitionem , &
futurorum prævidentiam in Veritatis
utero gestat. Vere (l) in Antiquis est Sa-
pientia : & in multo tempore Prudentia.

Semi-
(l) Eccl. 12.

97 Semisepulti illi & in thecarum pulvere iacentes Senes , in iniusto contemptus luto salubrium Monitionum , & Eventuum fructiferorum Margaritas condunt. Senes illi in chartaceum fere gluten damnati , quæ nec ex nobis ipsis , aut aliunde scire conceditur , ultrò , spreti etiam elargiuntur. Ex illis ergo Venerandis Senibus duo valde salutaria comperta , & sacerdolorum tractu firmata dessumimus.

98 Analogiam primū Mundi ad Hominem , quam omnes ore versant: pauci introspiciunt. Ad ægrotandum præsertim Mundus , & Regnum non absimilis sunt conditionis cum Socrate , & Titio. Ægrotant Gentes , & ægrotant Regna, ut ægrotant Paulus , & Antonius: nisi quod isti quandoque sani ; Mundus semper , à prima Ingluvie , Valetudinarius est. Utrisque suæ peculiares naturæ , sui mores , suus victus , sua organizatione , sua fortuna , sui hostes , suæ amicitie , & necessitudines : nec non ut homo , & homo , sic populus , & populus suas diversas agnoscunt ægrotandi occasiones , morbisque adeat sua debacchandi meta.

99 Hic plures per Mundum Nationes iugiter Pestilentia infestantur. In Thesalia quotannis à Ianuario ad Quintilem Mensem , Constantinopoli à Maio ad Novembrem pullulare suevit. Locris, & Crōtone , ut & in Sinis , vissa numquam. Alii Populi plerumque contagio; alii sine illo corripiuntur. Alli in simplices Epidemicos , alii in perniciosos morbos. Nec in periodis omnis deficit analogia. In Lybia , Aegypto , aliisque in Oriente Plagis fere numquam circuitus constantia fallit. Anglia fere numquam (Sydenhamio teste) ultra quadragennium vacavit. Hispaniæ Epidemicus circuitus vagus, & irregularis: Pestis rarior. A ducentorum enim annorum memoria nunc 60. fere annorum incobumitate gaudemus : qua tamen nullam vidit Hispania longeviorem. Quo tamen tempore non sine molestis Epidemiis degimus.

100 Habent tandem Regiones , ut homines habent , sua egrotandi Indicia, & Pathognomonica ex Ventis , ex Tempestatibus , ex Frugibus , & Aquis , & Paludibus , & Terre concussionibus , & eru-

eruptionibus : haberque Mundus sua
Morborum Principia , Augmenta , &
Declinationes , ut homo : illius tan-
dem subitarus & Manes.

101 Secundò didiscimus ex Anti-
quorum monumentis , graviores , ac
famigeratores Populorum Morbos , non
tantum sequi Victus depravationes , ip-
sumque notiores cansas , quam Morum
discrasiam , & Peccatorum plenitudi-
nem : quēis Sapientissimus Medicus sua
efficacia exhibet remedia (vere *Minora-*
tiva) suaque Draſtica , & Vessicantia;
ad extrahendum de corde Populorum
venena : ut quos leniendo non iuvit,
urendo sanet. Innoxia plerumque pec-
candi licentia , Iniustitia , & Irreligio
publicis solent à Deo Pestilentię Vindi-
ctis expiari. Qui ut Suprema Causa nec
Secundarum ullis alligata legibus , ter-
ribilibus calamitatum noctibus prælucere
solet Misericordiæ lampade , signis ple-
rumque , & portentis de Ventura Ira nos
commonens. Quorum ex Antiquorum
monumentis repetita instant exempla : &
Sacrarum Litterarum evincunt testimoni-
a. Hisque , ut Fidei infallibilitate fir-
missimis

misimis facibus, tuta iubemur supera
struere Ratiocinia.

102 Sed & ad notitiam communis
Valetudinis Atava recolligentes Scripta,
ex melioris fidei Authoribus, & adversa-
riis, hęc comperimus, ex duorum sęcu-
lorum memoria. Post quam sevissima
illa Lues anno 1577. Italiam, Gallias,
Hispaniamque totam devastarat (quo
Sebastianus Lusitanus in Africa periit
tempore) Ibera Salus penè concussa, ac
se ipsa imbecillior reddita, & novis in
dies tentata morbis, à primo conspicue
statu collapsa est: ut extra Pestilentia
etiam iura, alias & alias novas Epide-
mias (licet nostri sęculi infrequentio-
res) sit perpessa: quarum quędam infa-
mes deinde memorię Nepotum condide-
runt Epoches: ut fuit illa Anni 1606.
(vulgo *Año de los Tabardillos*) illa Anni
1613. (*Año de los Garrotillos*) & Annis
huic sęculo proximioribus dicta *de los*
Catarros: ut ex Andrica Gallo, Soria
Concivi & Antecessore meo Professore
Granatensi, & itidem Petro Mercato,
habetur.

103 Nondum triginta elapsis annis

ab Australibus simul serè, & Aquilonari-
bus nostris Oris , Sancto Andrea , Mala-
ca , Mariano Portu , & Exitanis , in in-
timiores Regni Provincias Pestis irrupit,
ab anno scilicet 1638. & ad deccenium,
plus minus , protracta : de qua Hispa-
iensis Caldera , Burghesius , Nepos,
Viana , & alii.

104 Ad aliud tricennium , nimirum
anno 1678. cruentissima , & ultima (sal-
tem generalis) obtinuit Pestis , recenti
adhuc memoria satis infixa , quam ut
testimoniis egeat. Ex quo in præsentem
diem incolumes, ab hoc Flagello per Dei
extimus Clementiam , Britannorum in
hoc fortunam multo iam supergressi.

105 Si forte particularis Pestis non
fuit , quæ post mittiores Epidemias per
Hispaniam vagatas , post bella , fames,
& terræmotus per loca Hispalim corri-
puit anno 1709. Quæ , si forte , inquam ,
non vera fuit Pestis , saltem problema
fuit inter Granatensem , & Hispalensem
Facultates : affirmante illa ; negante ista.
Contagii illa metu ; infamia Luis ista.
Triginta vero , aut plus illa sustulit homi-
num milliaria.

106 Malignarum dein Febrium cum Carbonibus, & Exanthematis Granatæ (ubi degebam) anno 1722. post mitigationem aliam anno 1706. grassata est Epidemia.

107 Anno deinde 1724. in Giennensi Regno, Ubetæ, & Beatię Ditionibus, ex septenni sterilitate, dum herbis ruralibus, fuculneis, & ignotis radicibus, porcorum more, vicitant homines, Contagiosa, admodumque Maligna oborta est Epidemica Febris, omni malorum genere stupata. Cui in cunctis ipsis suffocantę, sola Regis nostri Providentia, largissimis impensis, & paternali pietate par fuit (alioqui Hispaniam totam conflagraturam nullus dubito) cum piissimè Victum, Medelam, & omnigena charitatis officia contulisset. Quæis omnibus oculatus testis, ab eo ad curam delegatas interfui: & miseras referre, ne ulcus refricem, & pietatem vobis faciam, supercedeo.

108 Inde anno 1726. Catarrhorum nova indoles, & anomalia, in viscera præcipue convergentium Epidemice Iberitanum corripuit Regnum: tanta ho-

mi-

minum strage memorabilis , ut plus de-
natorum in bimestre uno (Novembre,
& Decembre) sumpto ex Rationalibus
Parœciarum , & Monasteriorum ab Eru-
dito Sacerdote computo , constiterit:
quam in toto elapso (misero aliqui , &
laborioso) anno . Solæ Variolæ duode-
cim millia trucidavere Infantum .

109 A conspectu Septentrionalis Au-
roræ , quæ bis anno 1730. Februario , sci-
licet , & Iunio mensibus apparuit , sub
iisdem ferme diebus (ut Temporales fe-
runt Relationes) per universæ Europæ
Tractus , ad Asiam usque , veluti Fulgor ,
aut Pyrius pulvis scintilla excitatus Ca-
tarrhosa progenies *Ira Deum Stygiis se se-
extulit undis.* Non lætalis quidem illa;
sed imposterum , & forte in plurimos dein-
ceps annos , non abolenda : & varii modi
purpuratis Febribus , Rheumatis , & In-
flammationibus , quæ diu exinde nos exer-
cuerunt , stipata .

100 Nigri Vomitus ab America Ga-
des translati , & nec non ullibi in Conti-
nenti nostro apparentis fama , Regium
animum , & Procerum Curiam Hispali-
tum commorantes egit in excubias . Ex quo

plures alia Provinciæ Epidemicis alternâ-
tim laborare pergununt; usque nunc: dum
Malacitanæ oræ sœvius Disenteria labo-
rant: Hispalisque, & tota fere Vandalia
terribiliter cruciatur.

111 En Medicæ Historiæ Specimen levissime adumbratum in ipsius sensim nos utilitatem, & necessitatem agnoscendam manuducit. Quandoquidem enim fons Prudentiæ Historia audit, nec sine toto nexus (num. 33. 34.) pars recte curatur. In communibus Regnorum malis partis ad universum habitudo potissimum intellectui faciem præfert: & unice communes patefacit causas. Ad hoc Medica, ad hoc Naturalis collineant. Naturalis vero Regni est Anathome. Et velut Anathome curandi hominis cognitioni præfulget: sic illa curandi Regni fundamenta substernit.

112 Sic & nobis, & superventuris æque oportunum, ac necessarium duximus Historiarum harum pro omni evenitu, & vetusta fragmenta examinata re-colligere, & præsentem abunde materiam convenienti methodo ordini subjicere. Non enim ad fastum, ut solet, sed ad pug-

pugnam militares parantur equi : nec popinarum extensas frondes valuis affigere, sed optima vina utribus , reponere decet. En Adhortationis presentis , unde fluxerit Argumentum.

113 Sed quandoquidem unus , ad tanta , homo nullus fere fit homo : ista sine multorum per Hispaniam sapientium concordi studio , & labore sperare non est. Nec enim Regiones peragrare , nec sollertiaſſimas ingenii vires intendere sufficient Uni , vel alteri. Brebis est , & multipli ci coercita angalo hominis vita. Hoc plurium consonam poscit applicationem.

114 Si umquam certe Medicinæ illuxit Hippocraticæ felicitatis spes , datum exemplum , & adaetus stimulus , imprensens iure promittunt Recentiorum Academiarum studia , & Eruditorum historici conatus , Colectionibusque , & Literario Comercio aperta via. Hispania nostra in hoc felix & non oblita Superis , Academiz Regiz Hispalensis Sacu i huius initio auspiciatissime erectæ , Regia stabilitate munificentia , eternas debet laudes persolvere : & quam optimas

de fælicitate sua spes concipere. Quæ prima ingentes magnarum rerum difficultates superavit: quæ pulchra, & utilissima Inventa Medicinam loçupletarunt, obſſidente etiam Nationis Genio (num. 8.) in Artis gloriām, & Hispanię decus Iberis agnoscenda, & fruenda, defæcata obtulit, & offerre pergit: nec difficultatibus, nec ximulatione territa.

Sed nova per duros instruxit membra labores.

115 In Academia Matritensi, alia convenienter in versipellem hostem incedente via (cum Dii dederint tam pulchros perficere conatus) Hispanæ saluti spes altera manet. O utinam Cœlum bene inceptra bene agere, & fæliciter perficere concedat! Sed quando his perbellis adhuc potiri non licet, non ideo ad ea, quæ nunc nos agitare properant, animadvertenda, deficit animus. Subſternamus, & præparemus viam: Historias recolamus nostras, conferamus exteras: & ad Drachmam inveniendam, antelucari ne pigeat.

116 Ne vero (*ex Lege tertia, num. 33. & 51.*) Viaticum ad frugis metam per-

perventuris deficiat, & Regionales salutis Vicissitudines, ex voto aliquando circumscribere liceat: quomodo ad Epidemiorum, & Constitutionum Historiam Scientię Theorematis condendam, progressi fas sit, & demonstrationibus ac conjecturis contexere, omnibus ad id præcognitis instructi incedere debemus. Generalibus nempe Causis, non volatilibus illis, metaphysicis, ac indefinibili bus agendi rationibus, quas merito (num. 41.) lege relegavimus; sed constantibus Fide, aut claro perceptis ratiocinio. earum Præagiis, aut Signis, Conclusionesque inde legitime deducendo: ut que agenda in quo vis Casu Medica, tum Clinica, tum Politica nobis incumbunt, inhesitanter, & opportunè noverimus, quod huius Epistolæ Scopum delegi.

GENERALES CONSTITUTIONUM Causæ.

117 **P**RIMA omnium, & Causarum Causa Deus est: qui ut hoc Mundanum Systhema præculit, & ab æterno disposuit, ut aliquando exi-

'steret : quique nascenti incubabat : & nunc operantem intima presentia, & si multaneo foveat concursu : *in se ipso* voluit, ut *quod factum est* vitam haberet, & *sine Ipso* nil umquam in æternum fieret. Ideò iure à Cl. VVolfio *Fons Essentiarum* appellatur : quia novit tempus, & Systemata, inqueis singula possibilia sunt : & ita disposuit. Dum ergo Mundanarum condidit Rerum Systhema ab eins genesi in ultimam immutationem, & ultra, singulos quoque singulorum corporum in omnigenam existentiam prodituros præfentes habuit, ut & habet eventus : nec ulla est ex necessariis, liberis ve Causis, aliquando movenda, cuius non mensurarit motum, & consequentias : quinque pendent ab arbitrio, necessitate cogantur : quin mali umquam Author sit : & quin ulla sit in rebus potestas vel minimæ rei sine Ipso inferre vim.

118 In hoc Divina Sapientia præstato Rerum ordine omnes Mundani continentur Eventus : nec ab hoc quisquam independens excogitare licet. Ideò præsentia plerumque pendent à futuris, & in præteriorum utero gestabantur. Nec ali-

aliquid est , aut erit Deo novum. Et tandem in Divina Idæa (quæ omnia simul ab initio præsentia habuit , tempusque , occasions , legesque adiecit emergendi) liberrima manent Providentiæ undequaque Opera : in quæis nullus Casus , aut inexpectatus Eventus. Hi nostræ ignorantias relativi sunt : sed Æternis Subditæ Detretis : necessariaque liberis ineffabiliter consona.

119 Sed ne in tam vastam vela desmus Gurgitem à præcripta decedentes Lege (num. 41.) hæc sublimiora Sacris relinquamus , sufficiatque nobis hoc pro firmo Dato stabili. Divinam Omnipotentiam cuncta in sui Gloriam præordinantem , sic Naturæ condidisse leges , ut legibus Providentiæ deservirent: Finibusque altissimis etiam quævis minima suis instruxit Aptitudinibus. Et quicumque capere vult non unicam , aut solam rem , sed rerum seriem , atque nexum , præcipue ex humanis contextum , non Physicas solum , sed & Finales , Moralesque in magno habere censu causas indiget: alioqui misere ac sæpiissime aberrabit : ut aberrant Ethnici , & Athæi.

Cet-

120 Certè qui, quæ sensibus adsum
tantum scrutando acquiescit, similis evadit
Laconibus arma nimis brebia gestantibus,
qui hostem prævenire, & à longe depel-
lere imparati erant: *Qui verò noverit ca-
tenam superiora, cum inferioribus conne-
ctentem, hic misterium maximum penetra-
bit*: ut scripsit Arabs Algaziel. Catena
hęc eadem est aurea illa qua Homericus
Jupiter terram totam suspensum, &
ad se tracturum, nullo reluctari potente
affirmabat. Causarum nempe series, æter-
nis fulcita annulis, & ab aureo Provi-
dentiæ repagulo pendens. Verum hę con-
siderationes aliquatulum immorari me-
rentur.

CONSIDERATIO DE FINALIBUS.

121 **F**ORTE Cartesius ad sui Ma-
thematici Mundi institu-
tionem Finales Causas in censum habere
non indigebat, & ad Naturæ Leges ag-
noscendas inutiles confinio Philosophico
mulctavit. Non nulli verò Cartesio non
post habendi fælicitè post liminii revoca-
runt lege: inter quos primò excelluere
Mal-

Mallebranhe, Baylæus, Leibnitius, &
VVolfius. Licet enim agendi Momentum
à præsenti dependat Virtute, & circum-
stantiis; verum ut ut limitationi nostræ
non horum facile pateat intuitiva per-
ceptio, ex usu & fine cuiusque rei cui-
vis patet, quantum ad eius naturam de-
prehendendam iuvemur: ut non melius
ad Arcis, vel Palatii Ichnographicem in-
telligendam, & iusti pendendam manu-
ducimur, quam si Architecti fines nove-
rimus. Sed in complexis Rerum (& po-
tissimum in Medicina) eventis, multo-
ties Notio certa, & indubitata Fina-
lium ad eam nos ducit certitudinem,
quam Efficientium caligo promere non
sufficit.

122 Lux ipsa luculentum præbet
exemplum. Cuius Natura peritiorum iu-
ditio non satis à Cartesio exposita, Effi-
cientem Causam sub tenebris involutam
reliquit. Et tamen Leibnitius perspicax
ex Fine, & Experientia, quod in radios
rectilineos effussa, à dato puncto, ad pun-
ctum datum, facilitiori constanter pergit
via, eius leges mathematica inveniri trad-
dit exactissimas: tantum in eo aliquas
Ana-

Analyseos impendens Regulas : quod strenue in sua Dioptrice sequutus est D. Molinesius.

123 Anathomæ clarissimè etiam evincit. Quis enim Oeconomiq; Animæ legem aliquam hucuque invenisset si abstrusissimam illam de Comercio Corporis , & Animæ , qua regitur , expectaret Decisionem. Nunquid oculi humani consyderatio , non adiecta Finis consideratione , ad Opticq; Regulas sufficeret: si Efficientiam introspicere averet?

124 Notiores certe sunt nobis Rerum Fines , quam Efficientiæ : plurics ideo illis innitimus , quam his : quibus quæ fieri debeant potius , quam quemodo , quærere incumbit. Ignem cremare scimus. Sed non cremare ut corpora tantum destruat ; cremare vero ut hominibus ad usum , Naturæ ad fomitem , & ornatum, Creatori , ut multiformia exequatur mandata. Sic illius ope utimur: dum nature approximari non datur.

125 Scimus Terram naturali necessitate , & transpiratione continuò Vapores , & Exhalationes extrorsum de suis amandare visceribus. At non ut exinaniat

ñiar semetipsam in amandandis : sed ut extra se aliter , & aliter copulatis , & varie mixtis , in gremium suum interato redeuntibus , Circulatio Naturæ , & Generationum continuetur Vicisitudo.

126 Scimus Maria per vices estuare , à Ventis fævire , & tumescere : sed non tantum , ut plenitudo eius commota furoris , & inconstantia præbeat expectaculum ; verùm ut ordinata systole , ac diastole placide fluentes , terram , & viventia fæcundantes perpetua circulatio ne Fontes abeunte suo promat pœnus dum facilius hominum Generi pandic Comercium. His (quos secundarios effectus , & accidentales vocare solent) in prima Divine Providentiæ Idæa forte causarum Finalium præcipua munera obeuntibus. Sit ergo nobis undequaque Religio ad humanos Eventus præordinatos (ubi ipsi pateant) Providentiæ fines sub oculis gestare. Et nunc ad Morales causas accedamus.

DE MORALIBUS CONSIDERATIO.

127 Ex diligentioribus (quod sciam) nostri Ævi Phylosophis , accurasier nemo procedit super Mundano Si-

sthe-

sthemate ac R. P. Castel Soc. Iesu Parisiensis in suo Tractatu de Universali Corporum Gravitate: dum Cartesii, Leibnitii, & Anglorum Briaræos (Gigas, & ipse) concordemus humeros, Regie Scientiarum, super hoc Problemmate, laudes, & brabium arripere meruit. Oculatissimus hic considerans, ponderans, immo, & calculo subjiciens, quæ, & qualia ab hominibus volentibus, perpetuo Natura patiatur, & Bacconicis insistens Reflexionibus, tantum Moribus addidit pondus, ut ad sensum fere demonstraret: Naturam vi coactam, in suis phænomenis, generationibus, permixtionibus, alterationibus, ac corruptionibus, infinitum superare quod agit, & patitur, & quas ex istis induit facies, præ iis, quas sui alioqui iuris facta, spontaneis subit legibus.

128 Si enim quæ terra vomere, & ligone pertusa, quæ pro victu, & fastu discepta, & varie commixta, quæ in putredinem coacta, & in novas Scænas Artibus, Bellis, Incendiis, & in mille indefinitis violentiis iactata sustinet, consideres: non superficiem solum Terræ

immutari , sed & ipsius viscera , & abyssus , Aëreasque inde Regiones deprehendes.

129 Sed & in iis , quæ Moralia subsequi , certissimè scimus , ea iure consideranda sunt , quæ extra ordinem nature , Divina Potentia in Morum gratiam , aut punitionem ab ipso iam Mundi exortu sæpiissimè fecit , & facit . Constat enim Omnipotentem Protoplosten cuncta prius ita ordinasse , ac Sapientissime providisse , ut Moralibus Naturalia hæc inservirent , Homini cuncta , sibi Homo . Inversurus etiam hunc suo Placito Ordinem in non obtemperantes . Unde naturæ ipsius benevolentiam toties in flagellum versam , tribulosque , & fentes , omnigenaque è sinu suo prodiisse mala conspeximus .

130 Sed , & magnorum Naturæ Corporum humanas superantium vires , quoties ab humanis Moribus turbata lex , quoties horum occasione Ventorum futor , Procellarum agmina , Mare disruptum , aperta Barathra , populi igne devorati , Ægyptiæ tenebræ , Cataclysmi , Sol obscuratus , aut retrocedens , sur-

Surgentēs ē terra mortui , absorpti vi-
ventes? quot denique frequentissima in
Iustorum gratiam , & Impiorum vindic-
tam quotidie perpetrate Mirabilia , quæ
quid Moralia Creatorem ad elevandas ,
aut subvertendas Naturæ leges , deter-
minare soleant , manifestò declarant . Hęc
ergo iure in Generalium Causarum satel-
litio contemplanda , cui præsertim ad di-
rigendos in praxim humanos actus , ob-
tinendi suis cura est .

131 Sed ad Medicam rem præcipue
incumbenti , quam Moralium considera-
tio momenti sit , ne Scripturæ Sancte Pa-
trum , & Historicorum plura congeram ,
vel unum declarare sufficiat argumentum
ex obligatione Medici Sacram monendi
Confessionem : quam in Concilio Late-
ranensi (tit. 37. cap. 15.) Innocentius
III. declaravit , & Pius V. roboravit ,
cuius fundamentum extat in cap. 5. Ioan-
nis , ibi : *Cum infirmitas corporalis non
numquam ex peccato proveniat : dicente
Domino languido , quem sanarerat : Vade
¶ noli amplius peccare.*

132 In consociandis ergo Divinæ
Providentiae extra rerum ordinem Placi-
tis

tis cum ordinariis Naturę legibus magnum stat Phylosophorum opus , sed co- minus tantum videntes in duos labi so- lent errores. Primus est facile in quo- cumque Miracula admittentium : quasi Naturę Vim , & Leges undequaque pers- pectas haberent. Hi certe in Rerum pri- mordiis Deum agnoscunt Omnipotentem, sed æque tunc etiam Providum , Misericordem , Iustum , &c. veluti obliviscun- tur. Quasi *cum appendebat fundamenta Terræ attingens à fine usque in finem for- titèr : & disponens omnia suavitèr , tali* nexu rerum efficaciam , & momeata ordi- nare prætermitteret, ut in plurimos etiam Moralium fines , ultra nostrum captum non sufficerent : quin passim naturalibus Causis Legem vel suspendat , vel adimat: qui earum prævissis, ac præordinatis oc- cursibus , *omnia quæcumque voluit fecit.*


133 Alii nimis difficiles (præsertim ex non sanę Fidei hodiernis Eruditis) in Miracula suscipienda , Extraturalia quæque , vel negant inverecundè , vel so- phisticis cavillationibus interpretantur: contra quos nostrum non est disputare: queis incumbit , omnino satis evincunt.

Qui cæcorum aperit oculos illuminet.
 Catholicis sat est nosse, quod Extraordi-
 naria Providentia non est Deo aliquid
 aut nimis dissitum, aut reconditum; aut
 præcibus ab aliquo emendum; aut mag-
 no impendio, aut difficultate comparan-
 dum. Pro omnibus certe his Ipsissima
 Eius, & Simplicissima est Voluntas. Quid
 omnia sunt, aut quid umquam fuere, ut
 ei resistant? Certè non sunt Miracula sine
 necessitate admittenda: sed nunquid tam
 rara avis hæc distat necessitas? Nunquid
 semper nobis manifesta? Superbis nobis
 inutile forte videretur, ut despectus vi-
 deat homuncio, vel ambulet claudus
 maiestatem Naturæ infringere, & trans-
 gredi leges; at Deus sufficientem sæpe in-
 tantulis reperit necessitatem. Hæc præ-
 considerasse sufficiat, ut medium inter
 extrema, & Catholicum, tenentes tra-
 mittent, Naturæ contemplemur aptitudi-
 nes; sed in Moralia occurribus Divi-
 nos reveremur Fines.

134 Medicus ergo qui morbosas ob-
 servat Constitutiones nil ab officio alienum
 iudicet: quod ad nexum attineat
 Causarum: dummodò certissimis inni-

tatur principiis: omnia etenim ad prudenter Regiminis Viaticum pertinentia, aliquando proxim exercentem, nota dirigunt; ignota in errores inducere possunt. Et si non omnes ex eo deductæ notiones ad ipsius incumbant Ministerium. Multoties saltem dum optima videt frustrata in medendo ratiocinia, elevata mente invisibilia Dei adipiscetur: aliosque sibi colliget fructus. Nec non commonitione multoties, quod Clinice non potuit, efficiet: quod de Sanctorum Medicorum legimus praxi.

135 Causarum Efficientium (Cartesii permisso) in his Constitutionibus Indolem, & Concursum, ut obvia, & saepius tractanda (num. 172.) alio remittimus. Sed Aëris præcipue, & communissimæ ad R. Castellum, & ad Berneri Physico Medicam Exercitationem de *Efficacia Aëris incorpore humano*. Nunc ad Signa Constitutionum.



SIGNA CONSTITUTIONUM in Genere.

136

NATURA Signi sequitur na-
turam signati. Universa-
lis Morbi universalia sunt Signa , Com-
munis , Communia , Rari Rara , Insoliti
Insolita Stygmata. Nec consuetudini
in iis locus est, aut placito hominum. Com-
mune tamen cum particularibus id ha-
bent , quod alia sint futuri *Prenuntia*,
alia presentis *Demonstrantia*. *Prenuntia*
similiter dessumuntur ob iis quæ cau-
rum Apparatum certo demonstrant , vel
non valde argunt distantem : quales ab
ipsis met Causis aliqui sunt procedentes
effectus, qui & (nisi avertantur) morbos-
sam in crastinum inferunt Constitutio-
nem, tam ex parte causarum vim inferens
tium , quam corporum , que ad recipien-
dam apta inveniuntur.

337 Cum Prima Generalis Causa
Deus sit (num. 118.) cum in Placitis
suis Constantissimus sit , licet Altissimi
sui Fines , queis in aliqua circumstantia
permotus aliquid voluit , nos pusillos

&

& parum videntes altissime s^epe pr^etervolent, in Extraordinariis suis Decretis nulla pateret conjectandi via, nisi quandoque Revelatione constarent. Constat tamen illa inqu^ais pr^ecipue circunstantiis morbosas ille Constitutiones immiserit: ut si non omnino ex pr^esentium analogia certum pronuntiare, pr^ecavere saltem, & suspicari è prudentia simul, & è Religione sit. Noluit enim qui communia Flagella ob Morum plerumque immittit discrasiam nos imparatos, & impræmonitos occupare, qui non Vindictam sed Misericordiam, non Peccatorum mortem, sed resipiscientiam diligit.

138 Consulenda igitur, quæ Altissimus Ipse super hæc nobis comperta esse aliquando Clementissimè voluit, Divina Oracula, & dum hæc habemus, pie ex his, & Catholicè augurandum: quandoquidem, quæ scripta sunt, in nostram utilitatem scripta sunt.

139 Hæc pia & Religiosa illa Vaticinatio est, quæ nos omnino decet, licet, & incumbit: quamque Veteres, & aliqui in Mundi tenebris versantes Phyllosophi solo Lucis Naturalis crepusculo du-

cem excoluere: nec , Deo etiam favente,
infelicitèr inseguuti sunt. Hoc noster sub-
oltaciens Hippocrates ad Artem referens
nostram , ita scripsit : Medicina , & Va-
ticipatio valde cognata sunt: quod Pater , &
Præses ambarum Artium unus est Apollo ,
& præsentes , & futuros Morbos prædi-
cens , & ægrotos , & ægrotaturos servans.
Quod si illis in terrenis sola experientia
prælucebat Pharus : & nobis Cœlestia
præfulgent Oracula.

140 Hæc igitur , præ aliis omnibus
consulenda adeamus : ut hæc communem
Orbitam , quodammodo translientia ,
quid Signi , aut Causæ in abdito gestent ,
interpretari liceat. Et quandoquidem
palam omnes Divina Vox aloquitur , nec
Medicus in alienam messem , nec Theo-
logum , aut interpretem affectare reputan-
dus : (qui nec Christianum exuit , ut
Machaonem Induat) si ex hoc Clarissi-
mo Divini Eloquii Fonte , quibus indi-
get , opportune requirat. Sic enim quan-
doque interpretabar Platonica illius Rei-
publicæ Legem , qua primum Musicen , dein
Gymnasticen addiscere Iuventus præscri-
bebatur , ut à Cœlestibus ad Terrena Re-
rum

rūm Harmoniam , & Reciprocationem percallentes , ad Artium postea exercitationes se conferrent.

141 Ut verò in præsenti , præ aliis , negotio , Divina clarius emicant Oracula , reverenter accedentes , Sacræ iam apropinquemus Tripodi Imprimis Cœlestes Ignes , & Orienta , tamquam Divinæ Vocis Organa reputanda , ex his habemus (m) Ex Libro Sapientiæ : *Hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.* (n) Et alibi : *Vani autem sensus hominum , inquisibus non subest scientia Dei :* O de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere Eum qui est , neque ex operibus attendentes agnoverunt , qui est Artifex , sed aut Ignem , aut Spiritum , aut citatum Aërem , aut cursam Stellarum , &c. (o) Et in Ecclesiastico : *Magnalia honoris eius vidit oculus illorum , O bonorem Vocis audierunt aures eorum :* O dixit illis : attendite ab omni iniquo. (p) Et alibi : Imperio suo acceleravit nivem , O accelerat coruscationes emittere iudicio suo. (q) Et in Isaia : *A Domino Deo exerci-*

F 4 tuum

(m) Cap. 1. (n) Cap. 13. (o) Cap. 17.

(p) Cap. 43. (q) Cap. 29.

tuum visitabitur in tonitruo, & in commotione terrae, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flammæ ignis devorantis.

142 Ex similibus dein constat testimoniis Morbosas, sevaque Constitutiones, Steriles, ac Pestilentes veluti extraordinariæ reservatas Providentia, sed Clementissimum Mundi Gubernatorum Portentis ac Signis prænuntiare consueisse, ut periculi præmonitis, placatus forte, *Flagella suæ Iracundiae, quæ pro peccatis meremur avertat.* (r) In Psalmis: *Missit signa, & prodigia in medio tui, Ægypte.* (s) In Sapientia. Missisti antecessores exercitus tui vespas. Et deinde: *Creatura enim tibi Fa-Elori deserviens exardescit adversus in-justos.* (t) In Ecclesiastico: *Super iniquos creata sunt hæc omnia: & propter illos factus est cataclysmus.* (u) Et alibi: *Ignis, Grando, Fames, & Mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt.* (x) Et in Sapientia iterum: *Visiones, quæ illos turbaverunt, hæc præmonebant: ne infici, quare mala patiebantur, perirent.*

Et

(r) *Ps. 134.* (s) *Cap. 12.* (t) *Cap. 31,*

(u) *Cap. 39.* (x) *Cap. 18.*

(y) Et in Psalmis , rursus : Annuntiaverunt Cœli iustitiam eius. (z) Et per Hieremiam : Siccitas super aquas eius erit- & arescet : quia terra sculptilium est , & in portentis gloriantur. (a) Et alibi : Ab indignatione eius commovebitur terra : & non sustinebunt Gentes comminationem eius. (b) Et in Iob : Lugebit terra , & merebunt Cœli desuper , eò quod locutus sum. (c) Et in Esdra : Coruscabit : & quis non timebit? Altissimi tempora intabent manifesta in prodigiis , & in virtutibus , & consummationes in actu , & in signis.

143 Hic , inquam , Dei mos ab antiquis satis manifestus qui extraordinarias publicæ Salutis mutationes , suisque Finibus , humanisque congruentes moribus , extraordinariis plerumque annuntiat signis. Hoc ergo ratione non satis assequibile Principium ex Fide indubitanter evictum maneat : ut recta inde deducantur Theorematæ. Nec hunc antiquarum , aut oblitum annuntiandi Motum arroganter quis affirmet. Obmutescat

(y) Ps. 96. (z) Cap. 50. (A) Cap. 8.
(b) Cap. 4. (c) Cap. 16.lib.4.Cap.9.l.1.

cat ille Divina loquente Scriptura : (d)
*Quid est quod fuit? ipsum quod futurum
 est. Nil sub Sole novum : nec valet quis-
 quam dicere : ecce hoc recens est : iam enim
 præteriit in Sæculis , quæ ante nos fue-
 runt.*

144 Absint ergo tot Augurum, & Præ-
 sagorum (his inconsultis) ex sequiori
 rerum observatione nuge , & delira com-
 menta : quæ totam olim Ægyptum, Græ-
 ciam, Latium, Orbemque terè totum , in
 tenebris iacentem, invadere. (e) Nos vero
 illuminati Splendoro illo Clarissimo
 qui illuminat omnem hominem , ex illorū
 rum etiam cæcitate videamus. Stimulus
 enim illis experientia erat. Territis nam-
 que cladibus , & prodigiis , quovis præ-
 tio emebantur oracula quæque.

145 Concludendum ergo, præsentiam,
 & efficaciam Causarum (in censem habita
 Finium expostulantium urgentia) signa
 esse præcipua à priori prænuntia. Et quan-
 doquidem adsint iam properantis cala-
 mitatis , & in actum se pedetetim evol-
 ventis vestigia , nullam inobservantia
 licere indulgentiam.

Con-

Eccl. i. (e) Job. i.

146 Consulantur igitur , & magna
vigilantia evolvantur de Epidemicis Con-
stitutionibus Libri : capiantur inde præ-
nuntia , & committantia signa : cum salu-
tis Hispanę statu , & Constitutionibus
conferantur , & Viaticum non deficiet.
(n. 51.)

PRÆCEDENTIUM CONTRACTIO ad Hispaniæ statum.

147 **U**T à preposita Methodi
non aberremus Lege (n.
62.) sed ex certis , & competitis , ad
certificanda , & comperienda proceda-
mus : Status Hispanię præsens , velut in
charta carbone adumbrata , oculis in
specimine subjiciendus : Non illud ad
amusim , & affabré concinnum (hoc
enim vestram desiderat opem) sed ru-
de , & generale nimis : in hoc uno satis
me præstissem rati , si id nactus fuero , ut
ex ungue agnoscatis Leonem , & ru-
gienti iam strenue occurrere paretis.

148 Sed ad hoc non ineptius pera-
gendum , miseriarum certe tabula , &
malorum Chaos, ab anno 1577. repe-
re

re urgeor (n. 103.) & aliquot illis ad-
dere colores ex Hispanæ tum salutis, tum
morum iactura.

149 Ex tunc igitur Hispanorum Va-
letudo à sua firmitate collapsa (n. 92.)
indeterius quotidie prolabitur. Victus,
& Mores ab avita sobrietate degeneres.
Turpitudinis, seditionum, & flagitorum
clamor, sydera, solemque quam pluries
verecunda, & infami cooperuit nebula.
Pluries quoque Divina correptio stra-
gibus, fame, gladio, pesteque crimi-
num radices evellere incasum instituit.
Quot Alluviones! Quot bella! Quot pro-
digia, & monstra! Quot malorum sup-
plicia! Quot terrores! & non inania
aguria!

150 Sed cominùs ad sexagennium
hoc accedamus: quo forsan maiori His-
pania à Peste ipsa immunis fuisse non
constat. (n. 105.) Et ex prænarratis Sanctæ
Scripturæ testimoniis, ipsisque Historiæ
visceribus, facile eruemus, nequaquam
concludi, hominibus à via sua mala con-
verbis Divinam tandiu distinuisse ulti-
onem, sed facile admittemus, quod ex Pia
Historia repetitò constat, Iustorum plu-
rium

Rium lachrymas , & Piissimę Virginis
Clientellam tantas nobis impetrasse plu-
ries inducias , ne Hispana tellus Divino
deleretur furore.

151 Sed numquid , dum his fruimur ,
in debitam , iustumque resipuimus gra-
titudinem ? nunquid offendicula , & per-
petrata expiavimus scelera? Ipse rerum
loquatur adspectus. O utinam aliquando
corde intelligamus , nec Pharaonicè in-
durentur corda ! Misera loquatur morum
corruptio : Fastus Epicuræus : Seditio-
nes immittes , queis nec filius patri peper-
cit , nec à fratribus frater abstinunt san-
guine : Scelera , uno verbo , omnia , data
velut copia , corybanthæo exultantia ritus :
Pueri ineducati : Inventus infronita : Ex
omnibus , & publicisque etiam miseriis
turpissima lucra. Nec Pastorum monita ,
nec Princeps , nec leges bonos iuvare ,
aut malos coercere sufficiunt.

152 Populi undeaque sine incolis :
agrorum cultura derelicta : Colonique ad
Civitates translati , per Provincias er-
rantes Mendicorum , Prædonum , Sic-
cariorumque numerum mirè augentes
factore . tædio , luctu , crimine , platæas ,
do ,

domos Xenodochia, Furcas, & carceres
continuo fatigant. Orphanorum eiula-
tus, viduarum, & derelictorum clamor
pietatem unde quaque transfigunt. Paga-
næ Virgines, & Iuvenculæ matrimoniiis
destitutæ, & prole, deteriorem homi-
num sterilitatem minantur, & criminum
frugem. Utilitas, honor, & præmium
una Arres deseruere omnes. Inde sibi
homines omni crudeliores carnifice Arti-
ficia oderunt: & paupertatis desperatio-
ne otio, mæstite, invidiæ, furori, &
rapacitati tradduntur. Hinc summus
miserorum neglectus, ac fere odium,
misericordiam ab humanis explosit, &
fere à Divinis interclusit.

153 Sed plura pudor, plura dolor
afferre prohibet, qui non Satyricum, sed
Paræneticum agere institueram. Præter-
mittamus causas, sed videamus effecta.
Quid Veneris Procus, quid Morbona
nostris absumpsere temporibus, cunctis
pater. Quanta Irati Numinis emicuere
signa? Nunquid (ò maxima iracundia!)
sua sibi Deus protexit Altaria! Sacra
nostra fidei hostis sceleratè evertit, Aras
prophanavit in Stabulos. Veneranda
Dei,

Dei , Divorumque traxit , & discerpit
 Simulacra , plumbeaque glande coilinea-
 vit . Sed adhuc plus (ò Iudicium terri-
 bile !) Tua Ipse met Sacra furore ardens
 fulminibus de Cœlo tetigisti , Deus : Dei-
 parę , & Sanctorum Imagines Sacerdotes ,
 & pios homines , una cum prophanis
 turbine , & coruscatione dejecisti : &
 Mundi Dominus prætiosissima tibi præ
 furore confregisti vase , ne in reproba
 contorqueres .

154 Verum demittamus tantisper
 oculos , ne Iracundi Dei specie subverta-
 mur . Deffigamus illos in innocentem , &
 Matrem Tellurem . Suæ solius glebę ta-
 bescentis conspectus mœrore , & pietate
 afficit . Non est ei à multis iam annis
 aspectus nec decor . Campi eius in sen-
 tium , & Cynorrhodorum Sylvas (Agri-
 colæ defficiente , cum rore Cœli manu)
 evassere . Cædua , Nemora , Dumeta ,
 Pascuæ mutata (præ incuria) facie cri-
 nita olim frondibus , & viretis capita ,
 fæda calvitie dedecorata exerunt . Lybicos
 dices , non Hispanos Montes , calva ,
 & turpi squallere senectute . Non Solarius
 iam , non iam Idubeda , non Xaquesius ,

non Mariamus , non Calpe , non denique.

*Multa per Hispaniam protendens membra
Pyrenne.*

Sua olim divite vernant fronde. Nec Bæthis , nec Tagus , Iberus , aut Singilis argentea crepidine flores conspergunt. Sed macie , squallore , & inopia lugent, potius quam tripudiart. Nisi quando furiosis acti Alluvionibus immundant, quæ inundant : furantur , quo feruntur. Nos Bæthin in Giennensi Tractu siccis pedibus aliquando trajecimus anno 1724. sed ad septem supra se ulnas æstuantem Hispali mensuravimus annis 1731. & 32. plurima Urbi , Ditionique mala inferentem : tunc ibi commorante Aula.

155 Sed & Maria in navitas æque furentia , ac terricolas , utrosque nostris temporibus trucidabant. Tum Syrii , & Aquilonis violentia arborum , gregum , & armentorum carnificinas excrecebant. Terra ipsa sepius concusa ac velut exterrita fontium plurium aquas in perpetuum ebbit : eryptarum , & puteorum in vicinias evomuit. Sed & vetus Austriae Palatium hisce diebus Vul-

cano arsit : & plurima Superbae Nationis
absumpsit monumenta.

156 Annuæ Stationes , commutta-
ta temperie , viventium sæpius deturpa-
runt œconomiam. O quoties insolito , &
atroci Gelu Hispania riguit ! Quoties in
temperatissimis alias Mediterranei Oris
fructus , arbores , sacchari arundineta,
plurimumque resistentia aurantia mala,
radicitus frigore exusta ! Nec non , trans-
volante pelagus , in Christianæ Maurita-
niæ Arcibus , hoc ipso anno , Excubia-
tores gelu confectos , accepimus. Ut
generalis Aquæ , Terræ , Vulcani , &
Aeoli intemperantia patcat , prorsusque
rabies.

157 Hinc tot annorum continuata
sterilitas , Cerere , Baccho , & Minerva
in singulis fere provinciatim exilium
affectionibus. Ut non sufficiente (pau-
cioribus etsi) iam hominibus Re frui
mentaria , ex non assuetis , sordidisque,
ac reprobis panem confecerint : præser-
tim annis 1708. 1709. 1724. 1734. &
1737. & non solum Millium , Secale,
Cicer , Indicum , sed & Erua , Siliquam ,
alioque boum fercula immiscere sint

coacti: quin vel aride Phalaridi Granatae
hoc proximo anno pepercissent. Et (quod
plerumque noxius) ex Africa, & Trans-
marinis semiputri frumento.

158 Sic fœde è Morum corruptio-
nis barathro tot Morborum anguis,
& beneficiis compta, inimica emersit
Erynnis: ut non mirum, si Vipereas
Medusæ Crines, Divina iam depictos
Ægide, intuentes, in marmora stu-
peatis.

DE PORTENTIS CONSIDERATIO.

159 **V**ARIA passim tum seria, &
Phylosophica, tum va-
na, delira, & pro lubitu adornata hac
super re invenietis commenta. Tam su-
perstitioni enim proximum, quam
Atheonum despectui in alterutrum est
incidere extrellum, nisi adhibita cir-
cumspetione, obnoxium.

160 Qui eventum aliquem extraor-
dinarium in ordine ad futuros contem-
platur successus, si omnino à posterio-
ri, & similius commemoratione proce-
dat in fortute, & vanæ observantia scq-
pu-

pulum facile impingit: si causas minus modestè, & reverenter scrutetur in deteriores adhuc lapsus abripictur. Eventus quorum influxivas ignoravimus causas, parvæ sunt ad ulteriores consequentiæ. Verisimum est nil in natura contingere sine suis causis efficientibus, & finalibus. Verissimum, Deum ordinare cœxistentias rerum, quoad spatum per causas finales, quoad tempus per efficiētes: & (ut ait Vvolffius) (f) eventus naturales sunt hypothetice necessarii; non liberi: ideoque Deo eorum futuritio certa.

161 Quia ergo Portentorum causas finales ignoramus, & in naturalibus plus satis cœcutimus: irrita ideo omnis ex istis divinatio: & quæ sic appellari gaudet, Ecclesiastica damnatione exterminata.

162 Sed restat via nobis non prohibita, & ex horum contemplatione fructuosa. Recta Ratio Leibnitzio Clariss. nil est nisi catena veritatum; à primis enim ratiocinium instituendo, ad utilissimas pervenimus illationes, quæ om-

(f) *In Cosmologic.*

nino à Theologica censura immunes sunt. Horum classes apud P. Delrium elucidè satis invenietis. Licet enim in factis sàpè credulus insimuletur : in Iure tamen Theologico , nulli non exactissimus habetur : & qui Augustini mentem in huiusmodi ebibit.

163 Rara enim , & præter communem naturæ cursum aut esse possunt à Deo Independente , & ad Altissimos fines operante. (Hos autem quis est hominum qui investigare audeat , aut possit , nisi is Caractere Dei Prophætico ad interpretandum in vestitus sit?) Et si ab extraordinario , sed naturali concursu causarum fiat , hunc sàpè quia non apte percallemus , non nisi frigidè , & hæsitanter consequentias deducimus.

164 At si nostros traicere fines nò affeteremus , & Divinis Monitis obtemperantes , Sanctorumque exemplis inhærentes incedamus , ex hisce omnibus utilissimas eruemus veritates. Esse Absolutissimum Mundi Dominum nullis eius adstrictum Legibus , Cui quovis tempore , Momento creare , & destruere , & in repelles animadvertere biccatur , si libeat.

Hinc ex criminum conscientia ad Dei Tonantis vocem iure ac salubriter expavescimus: & hunc criminari pavorem impium magis est quam Phylosophicum.

165 Sine augurio enim aut vana scimus observantia, Deum sepè sepius in turbinibus, & signis malorum involuisse pœnas, & nemo pius non audit cominationes. His quoque commoniiti quotidie mali salubriter ad pœnitentiam resipiscunt: & Apostolici Ministri Divini Verbi Interpretes, ut Ionas olim, ad luctum, & cinerem, præcesque confuge-re hortantur.

166 Quid si naturalis causalitatis tantum in huiuscemodi Portentis ad sensum sit (& si cætera ignoremus) ut ad labem inducendam prudenti illatione sufficiat. Non alia nunc ratione, ac Anni stationibus debito non respondentibus de fame futura ad Sacras præces currimus anxi, & in similibus suspicari, & de vero remedio cogitare licebit. Sanè Nulli mortaliū quidquam certi de similibus augtari licet, aut velat ex constituto pronuntiare. At habito causarum naturalium censu, ex prægressis Historiæ exemplis

ad similes cavendos eventus , & Omnipotentis Iram depræcandam mentem arrigere , cui non liceat?

167 Quæcumque sit Historiarum fides Romæ loquuntur legimus bobem : *cave tibi Roma* : Canem similiter ante Tarquinum exauthoratum. Et Romanos in Veientes irrupturos Albanum Lacum exundantem anteivisse : totum illis dein Orbem exundaturis. Puerum in maternum regressum uterum Sagunthi Cladem à Pœnis antecessisse. Nec B. Augustinus similibus sanctissimè uti prætermittit : & Sancti Patres huiusmodi plura ut Cælestes intuentur Monitiones : dum idonea colligunt ex Sacris exempla : dum portentoso Piscis humano Vomitu Ninive minabatur excidium Sed cautè hæc , & Religiosè consideranda. Cum non maior in magnis curis sit anxietas , quam partipem vix reperire , cui fidas. Si enim id Plabi concedatur , periculosem : si Pseudo-politicis , discrimine plenum : si Pseudo-doctis , intempestivum , & irrisibile ; verum nobis (ni fallor) Medi-

dicis (ut credit Hoffmannus) omnino ex
Munere, omnino, e Religione.

168 In maximi namque momenti rebus, & Reipublicæ periculis, levissimas etiam *Suspiciones* propriæ postponere saluti cordis pussillanimitate, invidiæ metu, incredulitatis tædio, dicacitatis fastidio, & Sciolorum formidine, indignum. Regni periculum silentio tegere, nefas est: Patriæ proditio est: Conscientiæ mors: honoris prostitutio: Regis iniuria.

169 In huius ferocissimæ belluæ (si adfuerit) occursum impavidi anteire, non totum Medici circumscribit officium: eorundem namque præcipue est, & nudulos eius, & anteacta scrutari, & discrimine etiam rimari proprio, In principiis omnia imbecilliora sunt, & facilius cicurantur. Fere omnes à Thucydide, eiusmodi Constitutionum (*b*) Historiographi de incuria, neglectu, prætermisso neque turpi eorum, queis in ovo præfocare incumbebat, conqueruntur,

170 E neglectula mercis contagione, è despectæ Epidemiolæ cunis, plerum-

que Draco ille terribilis Pestis emersit.
 Quomodo ergo nascens eradicabitur , si
 non agnoscitur zizania? Quomodo ag-
 noscetur , & non inquiritur ? Quomodo
 inquiretur , si non suspicamur ? Si suspi-
 cantes irridentur ? Si prægnantis clamor
 non exauditur ? Nos pharmaco , & ma-
 lagma te præsentem curamus : immi-
 nente , sola præmonitione fidem libera-
 mus : verum Reges providentia præca-
 vent. Particularium , particulares sunt
 Medici ; Reipublicæ Principes : verum
 nobis Speculatorum demandatum Mu-
 nus. Si Medicus obsurdescat , quis au-
 diet ? aut si obmutescit , quis indicabit?

271 Tanta ne Hispanæ incolumitatis
 fiducia , ut privatis suis totus intentus
 quisque , nemo communis iacturæ cura-
 tangatur ? Desunt Causæ , aut desuut Sig-
 na , aut longe abest consueta Periodus ?
 aut instantibus his novum aliquem Cœ-
 licolarum habemus Vadim ? aut Arcum
 Deus novum retendit in nubibus , non
 umquam deinceps , Lue in Hispaniam ani-
 madversatus ?

172 Sed à propinquiori. An dudum
 malorum plurium Hispanorū Salus gra-
 vida

Vida non queritur ? Menstrua an, non, immò Annua , iam pluries defuere ? Et quis scit , quando , aut qui abortiat? An defuerunt , inexplebiles , & picacei Appetitus ? An Terrores ? An sordidus Victus ? An Insomnia , & Auguria ? An scelerata , & brutalis Commixtio ? An Cachexia , & Temulentia ? An Ventris horrendi subsultus ? An Convulsiones , & Tremores ? An vultus Squallor , & Oculorum Caligo ? An viarum alimenti interclusio ? Non ne flaccidæ concidere Mammae ? Non ne Sanguinis passa est Profussiones ? Non parturientes edidit clamores ? Quis , inquam , scit , quando , aut qui abortiat : aut quam Luem in utero gestet?

173 Nos ergo Clamantis iure vox evigilat , & ad indagandum , ac prospicendum appertissimis cogit oculis. Nec interdum ab auxiliando Spectra , & Erebi Umbræ deterrere cessabunt . (num. 169.) nec Syrenum nos revocare cantilenę (num. 55.) stultorum irrisione, Politicorum Criminazione , Impiorum minis , Semieruditorum invida dicacitate. Sed Viris Honori , Virtutique litan-

tibus, hæc nisi pueriles larvæ? Nunquid Noa ille maximus ab Arcæ (in qua Genius salvaretur Humanum) fabrica, per centum etiam annos ab impiis derissus, & fere lapidatus destitit? Nunquid Prophetæ (ne evenirent mala) annuntiantes, non lapidati sunt? Nunquid Prophetae credidere Domino? Certe non: immò nec terribilibus forte in Mundī Consummatione Signis impii credent. Nunquid denique meliores dictis estis vos? Sed verba Sapientiæ solatio sint:
 (i) *Quem in expositione prava proiectum derisserunt, in finem eventus mirati sunt.*

174 Tristem ego hanc ex animo respuo admirationem, ac detestor. Si Vatem alicui affectare injuria credar, mendax esse opto. Nec mirari, nec credi mihi, sed Veritati cupio: quæ si forte in his aliqua subsit, serio rimari suadeo. Non sum Astrologus, nec Mathematicus; sed cum Hippocrate, Medicus est nomen meum. Phylopolita, id est, Concivium meorum amans, Patriæ studiosus, Regique meo fidelis, & gratus.

(i) Cap. II.

Ne-

Nemo præfigum dicat: nemo Vatein. Si quis tristia hariolari me dixerit: mentietur profecto. Monita mea non sunt ad horrorem, sed ad salutem: non auribus alloquor, sed cordi: non ad præsumptionem, sed ad prudentiam: nec ad prænotionem, sed ad præcautionem: quandoquidem etiam *contristari ad salutem* ab Apostolo iubemur.

175 Dixeram iamdiu cum Job: (k) *in nidulo meo moriar* nec ab hominibus nesciri mihi curæ erat. Verum de tanti momenti Re conceptum impos retinere sermonem, anxietates meas eructavi, haud inscius, me in sacrificium proponere invidis; sed pulchrum Anathema pro fratribus, & fidelitate subire partus.

176 Meæ ergo Luis imminentis suspiciones (si non vanæ, & territæ imaginationis insomnia sunt) examen vestrum, & oculatissimam observationem efflagitant: Certe, ut prædicabat Plato; si umquam, in his (l) nescit *Medicus an quæ videt umbrae sint, an veri-*
niis

(k) Cap. 29.

(l) De Rep. Dialog. 6.

tates. Si verisimilibus suffulta, ratiocinais fundatae, & unicuique vestrum in sua Sparta consonae deprehendatur: aliquid nobis ultra agendum incumbit: nec domestica quies, aut privatum otium, amplius laudabilia: quandoquidem praecavere glorioissius, quam curare felicius erit.

177 Si etenim, ex instituto nostro, quaeis presentia mala curamus auxiliis, iisdem imminentia praecavemus regulis, publicaque Medela declaratae adhibetur Plagæ: cur non ista, & ante lapsum, si periclitamur, tempestive parabitur? Cum hæc novit, Potestas, in id abs dubio incumbit publica. At sapius cur ante acceptum hæc ignorantur vulnus? Medicorum Socordia, ignavia, & criminis, in tempore non ad monentium? Partim invitus fateor; sed partim, iure quidem, concedete abnuam. Plurimos per Hispaniam Doctos, & sui consios semper extitisse abs dubio est. At cur non factum? Duplicitem subefferationem coniector.

178 Prima est: quia sibi sua quisque privatim curans, communium destituti-

notitiis, super publicæ Salutis Syste-
mate param cogitabatur. Solus enim plu-
rimum Sapientium consensus unà Ter-
ræ Vicissitudines, temporum Mutatio-
nes, Salutisque Populorum Phænome-
na Communi studio observantium, &
inter se communicantum, tanta per-
ficit. Unius, vel cuiuslibet ad ista ho-
minis vires non satis sunt. Acade-
micum totius Nationis est opus. Hoc
Itali, hoc Germani, hoc Galli, Belge,
Angli, & Russi (forte quia nobis plus
pestilente Lue vexati) agnovere : &
Eruditorum undecumque Comercium se-
dulo indixere : & quarumcumque iam
Constitutionum historias, & annalia con-
cinnare pergunt : optimaque inde pro
Rebus publicis Consilia deducere non
desistunt.

179 Altera huius, forte affectatæ, in-
dolentiaz, ac pernitiosæ hæsitationis cau-
sa hæc mihi non immerito suspicatur.
Quia malunt homines plerumque deci-
pi, quam moneri. Quia irsincunda an-
nuntians usque lapidatus Propheta. Quia
Assentatori, auribus blandienti fores ubi-
que patent ; nullibi veridico, Immo,
quia

quia fato perituris , consilium imprimit
Astræa demir. Nec Sapientes homines
suo periculo aliena inutiliter anteferre
malunt : nec nudi invidiae patere audent.
Iam dudum exemplum Zeno dederat.
Qui cum multos male agentes repre-
hederet , interrogatus aquodam : *Cur me
non corripis?* Subrissu respondit : *non
tibi credo.*

180 Qui Deum ignorarint, ut Zeno,
ita faceant; Christiani verò , & honora-
ti Viri, queis notum est, quod

Est Deus occultus, qui vetat esse dolos.
quique decorum sciunt induere fortitu-
dinem , hęc ut terricula puerilia spernere
didicerunt. Et vel cum uno periditante,
(ex lege Artis) periclitari assueti , pe-
riclitanti Reipublicæ supersedere non su-
stinebunt. Quid rurpius Navarcho,quām
imminente naufragio , latibula querere:
& pacem affectare , cum pugna instat?
Nulla quies bona , nisi tuta. Communis
Morbus in eo cum Civili convenit bello,
quod nil in eo periculosius , quām consi-
lium anceps. Medici munus , si perfe-
ctum sit , Herorum est : Deorum fuit.

Nibil

Nihil enim deficiens ullius est mensura. (m)

181 Procedamus igitur suspicione cauti, periculo providi, difficultatibus præinstructi, cunctorumque iusti æstimatorum, ut Themistoclis laudem aliquando mereamur: de quo hoc extabat præconium: (n) *Ad subitos casus præstantissimi consilij futurorum optimus plerumque coniector.* Abiectaque in honora Desidia, dolososque gurgites fortiter tranantes, Pestilentis Luis undique vestigia rime mur, Suspecta inquiramus, Rumores examinemus. Quod si vel suspicari nec incassum, nec sine fructu reputamus: quid in his constitutis nos agere deceat, ac opporteat, videamus: si Deo & hominibus charos esse: si sera non affici stultorum pœnitentia cordi sit.

IN SUSPECTA CONSTITUTIONE Officium.

182 **S**EDULO consideranti quid è munere sit Sapientis Medici in ancipiti Morbi Popularis initio, vel

(m) *Plat. Rep. 6.*

(n) *Thusidid. lib. I.*

totius Regionis obversante périculo consti-
tuti , consultàque antiqua , & nova
praxi , & Scriptorum sententiis ; his
tandem tribus satisfacere , quantum ex
se est videntur **OBSERVANDO** , CON-
SULENDΟ , RENUNTIANDO . Quo-
rum aptiores Leges pro meo captu iam
traddere conor.

O B S E R V A R E .

¶83 **S**I Concivium plurimos unā
apprehendat Ægritudo
(quo tempore generali appellatur *Epi-
mia* nomine) notetur Anni , & Tempori-
s circumstantia , Natura Morbi , Symp-
thomata , Terminations , & Crises : quæ
prossunt , aut lœdunt , Diæta , Pharmaca ,
& Chirurgia . Variationes , Recidivæ , &
Successiones Morborum . Inquiratur in
corporum , quæ apprehenduntur Disposi-
tiones , Aetatem , Sexum , Complexionem ,
& vitæ genus . Inquiratur (usque dum
nota fiat) in Causam communem , an
Acr : an Viðus , Aan Aqua , alia uè Ex-
triuscus adventans immutatiō . An plu-
res præ benignitate evadant : an contagio-

pro-

propagetur : & an plures præ malignitate intereant.

184 In hoc casu *Pestis* iam audit. Hic maiori solertia est opus. Notetur sedulò prima morbi communicatio : an intra Lares enata : an ab Exteris participata. An infectorum hominum, aut rerum contagione : an communis participatione causæ : sic similiter Morbi Mores , & effecta : numerusque sanatorum , aut succumbentium. Hæcque ex collecta , & considerata plurium Aegrotantium observatione , in Adversariis, & Codicibus annotata , & diggelta. Diversitatum causas inquirat in Sexu , Vi-ctu , Complexione , Habitu , Aetate, Consuetudine , & curandi Methodo: sed potissimum : quænam hominum conditio potius evadat , aut succumbat: dierum Criticorum habita ratione: tempora recursuum Morbi : ad quas potissimum plagas , aut Ventos locatæ domus , aut fenestræ salubrioress , aut funestiores sint : analogias Morbi , cum Morbis Populo familiaribus : relictæ Morbi vestigia in convalescentibus. Et ad omnia hæc caveat à similitudinibus,

& fallaciis non Causæ ; ut Causa
(n. 52.)

185 In calce , vel in harum obser-
vationum fronte iuxta Hippocratis.
Exemplum , & Baglivii monitum , ve-
strorum Popularium generalem naturam ,
& in eis dominantia , aut characteristica
Regionis ad id facientia , adumbrate.
Queis Ventis exposita , queis obsita
Montibus , Lacubus , Mari , Sylvis ,
queisque Stationum effectibus regulari-
ter sit obnoxia. Quæ inibi Antra , Putei ,
Cryptæ , aut terræ Hiatus , è quorum
visceribus , aut Mineralium Fodinis ,
nunc , vel olim Auræ efflaverint non be-
neficę , aut infecta Aqua. Num Terre-
motibus , Turbinibus , Inundationi-
bus , Incendijs , Malaciis , Tempesta-
tibus , Metheoris , aut Endemijs aliqui-
bus subiaceat. Quas ibi cunas , aut fo-
mites Sporadici , aut Pestilentes Morbi
soleant invenire. Quæ item Glebæ con-
ditio , Annona , Fæcunditas , Valetu-
do , Proceritas , Color , Habitus , Ro-
bur , Ingenia , Agilitas , Propagatio ,
Modus vivendi , quæ ibi Thermarum ,
Balneariorum , Fontium , Plantarum Vi-
res

res innescant; & Usus: quam insuper in Sphæra Latitudinem, aut Longitudinem, distantiasque à præcipuis Populi, obtineant. Sed præcipue ad quodcumque novum, in his omnibus, aut insolitum Phænomenon intendenda curta est. Hæc omnia ad Reflexionem, & Comparisonem carthis reponenda.

CONSULERE.

186

Ego Sapientia habito in Corde filio. In multitudine Sapientum sanitas est Orbi terrarum; si (o) aliquando, certe in popularibus Aerumnis, collatis signis, & multipli- ci dolo versipellis Naturæ hostis Morbus aggreditur; & tunc sane nobis collata manu, consilioque, ad arces, & propugnacula occurrentum. Ut enim Venatorio conamine, citatis canibus, apatatis iaculis, & intentis multorum oculis, de latente suspicantes bestia, illacetum lustramus, circumdamus cespitem, ad quodvis accurrimus murmur, ne sicubi sub arbusti fronde fera latens

(o) Prov. 3. Sap. 6.

H 2

estu,

effugiat multorum oculos , aut manus:
dum ipsa deprehensa parandis nullus
locus erit armis : sic nos præinstructos,
& concordi conamine præintentos ad
huiuscemodi Morbos præoccupandos ad-
esse opportet: si Taciti evitare probrum,
laude prosequi delectabimur. (p) *Cuncta-
tio (ait) Barbaris Servilis ; statim exequi
Regium videtur.*

187 Hæc Comparatæ Medicinæ uti-
litas (quæ ab Hippocraticis ferè dor-
mierat Sæculis , forteque & nostris pri-
mum à Cl. Ramazimo in nostris potissi-
mum evigilata , & à Verulamio subodo-
rata fuerat) Italorum , Belgarum , Ger-
manorum , aliorumque Sapientium mire
curas , & conamina allexit . Nationum
glorias , & Regnum vires Commercii su-
perstructas hodierni emolumentis con-
templati Eruditi , nec Musis suas deesse
Tharses , suum Occœanum , Indiasque
suas , navigia undique instruxere , collec-
tere navitas , iniere Societates , Mercato-
res invitavere ad lucrum , cunctos ad de-
licias: Colonias erexere , & ad Eruditas
provocaver Nundinas .

(p) An. 6.

Pro.

188 Pro præsentibus , & subdolis
istis præsertim Constitutionibus Nori-
bergenses fælicem , hisce fere diebus,
Litterario Commercio navarunt operam.
Ex multitudine enim Observationum per
diversas Provincias collatarum (inquit
Camerarius) progressu temporis adqui-
rendarum , notitiam meliorem , & ple-
niorem de subdolis alias , & occultis , ut
ut populariter grassantibus morbis , cer-
tiores efficiamur , adquirentes. (q) Sed
& laudatus Hoffmannus ex iisdem , quæ
iam nostris diebus Germaniam affligere
cœpit , subolfaciens Pestem , de illa Dis-
sertationem præmiserat , ut studiosos
ad invigilandum excitaret. Quod uno
animo , & multorum inito Consilio ex-
peditus fieret ; & PRÆCLARUM IN-
STITUTUM iustissime Schroeckius
apellat.

189 Hic est , quem præcipuum ex
hac Parænesi fructum & gloriam , suffra-
gantibus Vobis , ambitiose reportare
exopto. Absit à manibus torpor : calleant
labore ingenia : fluat per chartas atra-
mentum : pulchra commutemus cogita-

(q) *Dissert. 19.* (r) *An. 1695.*

ta : intellectuales ne pereant scuturæ: dum
exponamus nostra , ditemur alienis: op-
tima faciamus lucra : dum Artis , & Na-
tionis gloria non alia Compendiosiori,
ac securiori parantur via.

190 Popularis Morbus unius est
Regni , Regionis , vel Populi hospes: &
non nisi ab corundem mixto Colloquio,
& inito Consilio undequaque , & quoad
omnes suos actus , & versutias , rite in-
trospectetur , & prævidetur. Nostros ergo
Hispaniæ casus , & gliscientia undique
pericula. (f)

*Cur nescire licet? quin ergo tristia tandem
Confidunt bella? Et deponitis arma vo-
lentes? (t)*

*Ocyus ite , Viri , nocentem extinguite
stammam:*

*Ne Seræ redeant post aquæ pericula
cure.*

191 Ergo, Clarissimi Viri , quæ iam
Granatæ , Malacæ , Gadibusque (præter
Hispalim , & Matritum) incepta sunt,
ubique instituite : si omnium èquè inter-
esse nostis. In Collegiis, & Universitati-
bus Excubiatores , & Stationarios pro-

(f) *Sil. Ital. lib. 16.* (t) *Lib. I.*

com-

Communibus deputatè Morbis: qui in Vicinias vestras, in quæque Suspecta, in Advenas, publicæ invigilent Saluti: qui litteris, fidisque explorata Sociis, communis subiicient Consultationi. De his, quæ animadversione dignæ inveneritis, hanc Regni admonete Metropolim. Et si meo uti velitis calamō, & obsequio, & vestra comperta, & cogitata tranimittere non invideatis, Hispanorū studiofiorum Curas, Nomina, & per pulchros Labores Annuatim in Regni Epidemicis, Orbī litterario nota faciam. Regis ex hoc nostri, & communis Patriæ amorem & gratitudinem vobis proculdubio devinci etis.

192 Archiatrī nostri Supremi D. D. Josephi Cervi (cuius in Litteratos amor, Artis Eminentia, Morum benignitas, ardensque Publicæ Salutis, & Medicæ Culturæ studium, Famaque nullis obliterranda seculis, nullis Terrarum non celebranda Finibus) gratissima hæc fore munera certò scio. Cuius instinctu præsentis Operis concepi Argumentum & audaciam. Quin ergo tam innumeræ in Professionem beneficia conferenti iu-

cundissimam præbere properatis Scenam?
si nulli non nota

Læta Viri gravitas, & Mentis amabile pondus. (u)

RENUNTIARE.

AD duos potissimum fines militamus
(dixit Hippocrates) alterum hominis, alterum Artis. (x) In casu suspectæ
Constitutionis tot criticæ occurruunt cir-
cumstantiæ, ut fere non tam Medicum,
quam hominem, & bono humano na-
tum, à Republica altum, & honora-
tum, te meminisse decet: nec Arti te
satisfecisse, humanitati satisfecisse, re-
putes; nisi cuncta in Patriam officia ex-
munere exercueris. Id vero hac ratione,
quia cum hominem curas, ex Artis re-
gulisti Medicus curationi præs: cum
Rempublicam, Medici sunt Principes &
Magistratus, ad quos imperium dela-
tum vides. Tu medelam consulis; illi
adhibent: nec enim communia Artis
Auxilia non communibus adaptabilia
Malis.

(u) *Sil. lib.8.* (x) *Ep. ad Dionis.*

Ce-

194 Celeb̄ers. olim Mercatus nōster tria obtulit Principi pro Peste debellanda Remedia , quæ longè ab Artis absunt facultatibus : Gladium , Aurum , & Ignem . Fælicius forre aliter Ego alia tria verè Regia obtulero Munera , Regum olim Regi Pestē Mundi debellaturo oblatā : *Thus , Aurum , & Mirrham . Thus ad Deum placcandum : Aurum ad Populorum sublevandas ærumnas : Mirrham denique , ut homines legum salubrium severitate coerciti , amara quæque sustinere non recusent , dum sua bona ignibus traddi : parentes , filios , & coniuges absque honore , & pompa seperillri : Commercii commodis arceri , ultra domesticas substinebunt miserias . Hæc nisi potentis manus vi adacti perferre naſciunt homines . Accidit in hoc bello , ut in Punico olim .*

In Ducib⁹ ſtabat ſpes , & vicitia ſolis .

195 Sed niſi tempeſtive , & ante vulneratam cauſam Excubiatores nos Publicæ Salutis , de adventu inimici præmoneamus , hæc iuſtò ſeriūs adhiberi ſapius audivimus . Nec decet è contrario periculum , ſi Panicè territi clati-

cum

cum ante tempus canant, & remoti valde periculi, præsenti formidine accersant damna. In Suspicionibus ergo renuntiandis Opportunitatis, & Notitiæ, Confidentiæque Momenta prudenterissime captanda.

*Altius egressus Cœlestia tecta cremabisi:
Inferius, Terras: medio tutissimus ibis.
Aureum igitur in his Temperamentum
Ariadnæum præstat ducatum: (num. 14.)*

196 Postquam igitur apud se convictus quisque de renuntiandi momento, & obligatione vissus erit: nedum prudentiæ fidat suæ: clam pios, sapientesque adeat Viros, quorum honori, & conscientiæ suæ consulet lusfragio: & è re trutinata procedat.

197 Adeat deinceps cautè, & gradatim eos queis aliqua incumbit publica Providentia: quiique Edictis Salubribus plura emere mala arcere norunt. Queis Populorum æruminis, & periculis quodammodo subest potestas. Qui Sanctæ Ecclesiæ pio Thure, Morumque corruptione Deum piaccare, & Indignantem JEOVAE Manum supplicibus demulcere Votis: ut evaginatam Vindi-

ctæ

et Rhompham in Fidei, se non agnoscentes detorqueat hostes. Appropinquante (quod Deus avertat) malo, Sceptro propinquiores commoneantur Ministri: nec supinè, aut sero nimis Rex Ipse urgentie certior fiat: cuius in his Sedula anxietas, unica tantum Salutis est Anchora. Adhibeat Higgæa nostræ, populis vere dolentibus, amaram hanc monitionis medelam: haud certe profaturam minus, quam servando olim Annibali Iuno pia profecisse fertur, dum:
Non gratam invito servat celata salutem.
 (y) Aegrotus certe immansuetus, & immoriger Mundus est: & dum acria experitur Veritatis pharmaca, plerumque in suos furit benefactores. Ecce pulchrum Christianæ Constantiæ Theatrum.

Deesse nefas: animumque nefas scelerare silendo. (z)

Satius ipsi, & Salubrius erit si periculi sui umbram in Præmonitionis specie accipiat: quam si Mostrorum ipsæ de lacu Mortis Umbræ, ipsum commone-re descendant: ut Alphonsi VII. (a)

(y) *Sil. lib. 17.* (z) *Sil. 16.*

(a) *Sandov. hist. f. 153.*

tempore in Hispania nostra accidisse,
accepimus.

198 En Parænesin nostram (Cl. Vi-
ri) raptim conscriptam , nec ex voto
castigatam , nec non vel verecundia re-
nitentem , emergens denuo Malacitana
Epidemia , velut crine tractam , prodi-
re compellit. Vereor certe ne in mune-
re deficiens Servus inveniar , & non
fidelis in paucis his. Quandoquidem Pla-
tonis seria vrget in Republica lex (b): *Id*
certe cogitandum erit , ne forte vel ne-
cessaria dimittamus , vel supervacua pro-
sequamur. Nec levi de causa anceps , ac
hasitabundus dia restiti. Ut enim de si-
mili Argumento Thucydides (c): *Arduum*
in dicendo servare temperamentum in re ,
in qua vix etiam veritatis opinio afferri
poteſt. Hanc ego non atramento , sed
viscerum morum rore adumbratam vo-
luſsem. Condit se tandem , & reveren-
ter tacet : ut Patria vestra , dilecta , &
suavissima Parens eloquatur Hispania:
cuius (si ab organo languida) Vox ; cu-
tarum pondere , & dolore; quò sincerior ,
èò Filiis suis efficaciorem esse decet.

(b) *Pſal. 2.* (c) *Lib. 2.*

VOX

VOX HISPANIÆ.

199

QUIS generosam, Regiam;
 dulcissimamque Paren-
 tem curis agitatam, pla-
 gis cæstam, vībice deformem, miser-
 randam ærumnis, ad Nobilia Filiorum
 confugientem Umbracula, ac pia lachry-
 mis irrigantem genua, vacuam votis,
 repulsa mœstam, solamineque frauda-
 tam, regredi umquam posse, crediderit?
 Quis à dilectissima Prole expositam, ite-
 rato iri, suadebitur, & exprobrantium
 oprobriis, & cædentiū virgē, hostium-
 que ludibrio?

200 Ecce, dilecta Soboles, florens
 olim Domina Gentium, & Gloriæ ves-
 træ Theatrum, amabile Solum Superis,
 omnium bonorum Ferax, divitarum
 Emporium, hyperbolica fere Atlantis
 Platonis, Salomonis Thaisis, Occœani
 Regina, Arx Fidei, Princeps Populo-
 rum, Morboisæ Tyrannidi Vectigalia
 solvens, non Vidua, sed Aegra diu ia-
 ceo.

201 Vir meus, Generosus Princeps,
 mei

mei misertus apud Vos s^epe iam solamen
quæ sivit : nec enim , & si Præpotens,
sufficit adhibere Medelam , ni Vestra
Officii opportuna suggerat sedulitas.

202 Genitrix mea Ecclesia Sancta
malorum vestrorum (quæ me unicè de-
tarparunt) quam pluries Divinam præ-
cibus avertit Ultionem : protractura
ad huc , vel aversora , si & vos suis co-
natus labores vestros non oscitanter
associaveritis.

203 Sed heu ! Cunctis quotidie in
deteriora ruentibus , diræ me ultra Suf-
piciones angunt. Sterilitate languesco: In-
firmitatibus Populorum discrucior (d)
Sed me luctus habet : geminæ ne Clade
ruinæ

Cesserit affinis oppressa Hispania pennis.

204 Divinum brachium s^epe , etiam
extentum Misericordia placcat , ut frau-
datas Medicinæ vires , consiliaque resti-
tuat. (e) Subest enim Sibi , cum volue-
rit posse. An vos , ne omnem impen-
datis curam , laribus clausi , aut præte-
reuntes , Squallorem meum considera-
bitis , & abibitis ? Amici mei , Proxi-

(d) Silius. (e) Sap. La

hi , & Filii (quos Hororum , & Sanctorum lacte nutrivi , & exaltavi) nunquid spernentes ærumnam spernetis meam ? Universi Artus mei , Populi , ac Provinciæ antiquis fœdantur , & novis quotidie corroduntur ulceribus : nec est in me Sanitas fida . Salutem meam Prognosi (ineptissi norum etiam quorumque) relinquent . Nunquid (inquit spes superest) tanti est , si pro ægrota Matre Consilium ineant Filiorum , & Medicorum ? An , me superstite , & si aliena morentur præmia , Gloria Vobis , aut Civicæ deffficient Vittæ ? quandoquidem .

(f) *Ipsa quidem Virtus sibimet pulcherri-
ma merces.*

205 In hoc præcipue (in humanis) contritionis meæ consolandæ falerum . Iinite Consilia : de meis consulite doloribus . Prodant sapientiam senes : crudiantur Iuvenes . Ex Socratis isti præcepto , quidquam inopinato discrimine , ne temere discant aggredi ; aspergant illi , ne quidquam moliri formidolosius . Prudentium utriq[ue] Puellarum instar , perdocti lectione , & consilio , præin-

(f) *Sil. 13.*

struam

struant lampada , & præaccendant : ut
in tempore compositius operari con-
tingat , quam festinantius : nec sua tan-
tum cuique privata curæ sint : ut negli-
gatur communia.

205 Resipiscite , ergo , & reverti-
mini aliquando ad cor. Notam inertis,
& ferè inæruditæ Socordiæ apud Exteras
delete Nationes : & honorificus laboris
fructus , me servata , degustate : ut ve-
stro tandem salva conatu , suavissimum
illud aliquando audiam:(g)Beati sunt po-
puli , qui sciunt bonos Viros sua esse mu-
nimenta , & non turre , neque muros:
sed Sapientium Virorum Sapientia Consi-
lia.

Dabam Mantuæ Carpentan. Kal. Aprilis
1738.

D. Franc. Fernandez Navarrete.
M. D.

(g) Hip. Ep. ad Abder.

LECTOR.

Appendicis loco , pro Litterarii Co-
 mercii desiderio animis Eruditorum
 efficacius insinuando , non abs re-
 vissam , si duodecim Intellectualis So-
 cietatis Fructus , quos iuvenili Miner-
 va pro Illiberitanæ olim Academiæ Auf-
 piciis anno 1707. tenuis concinnarat
 Musa , decerptos , transcriberem. Ne
 Vatis , quæso , perpendas numero.
 (hi enim inconciui certe , & in multis
 deficientes) sed Mentem benevolus in-
 trospicias. Primus Fructus est Sociati
 laboris potestas. II. Ut Eruditi noscan-
 tur. III. Ad laudes , & præmia pateant.
 IV. Ne Concivibus abeant inutiles. V.
 Ut pulchra inventa perficiantur. VI.
 Impensis studium fiat , si publicum.
 VII. Ut mutuo conflictu expoliantur
 ingenia. VIII. Æmulatione excitentur.
 X. Artium fundamenta restabiliantur.
 XI. Iuvamen à Sociis mutuum. XII. Pa-
 triæ denique Gloria.

O D E.

Barbara quæ explodunt, Sapientia Fœdera Regnis;
 Sors canere est : votis annue, Musa, piis.
Castalidum Phœbus mandata olim alta Sororum
 Misserat alterutris , condita iura polo.
Ut tacitas viderat latebras subiisse dolenteis
 Hesperidum , cantus nec meminisse sui:
Ipse dolens animo , Cyllenium adesse voluerem
 Hæc quoque collapsis prodere verba iubet.



Quid agitis Musæ , lustrantes Regna seorsim
 Quæque , per ignotos condita sæpe Lare?
An Getici potuit sic vos terrere Gradiyi
 (Sacra ut Parnassi delectat usque) fragor?
Quæ gaudet bello Gens , ferro , & casside læta
 Ingenium potuit prostituisse malis?
Consona non resenat dulcis iam harmonia Pindo:
 Nec Superum concors fluit à Colle melos.
Haud Cygnis properans præterfluit unda Caystri;
 Singile nec dulcis iam phyllorella sonat.
Cur hæc ? nedum armis pugnax Tritonia , doctis
 Abdicat imperium culta Minerva suis?
Pellere barbariem nosti : atque ex finibus hostes
 Tu iuxta armis , confilioque potens
Hispania:at postquā domuit tua monstra
Philippus
 Noster , ut & Musis otia Sancta dedit:
Tutus ad illius Chorus adstet floridus umbram:
 Compitaque & Sacris impletat harmoniis.
Nota per Hesperiam redeant Commercia Doctis.
 Quondam , quæ Regio carmine vestra tulit.
 Per-

Pergite , & oblita resonet concordia chely:
 Fœdera doctrinis sint nova firma probis.
 Ingenio facilis via : nec prærupta morantur
 Saxa , rupes , scopuli , flumina , vada , lacus.

I.

Utile si placet , ecce in Sacro Fœdete quæstum:
 Quod calamo , & scriptis omnia quæque potest
 Undique devictis horrentia terga periclis
 Neptuni , Salomon , & Sociata Tyrus
 Calcant , & longæ lucrantur munera Tharsis:
 Naphta nec iunctis restitit unda palis.
 Si Gratum : iueunda magis non Hybla reponit
 Mella , nec annosso subere linquit Apis,
 Quam iuncti ex variis norunt parare Magistri
 Dum thymū , dum anthon , dumq amarantha legunt.
 Singula quæ fallunt , multum conamina vincunt;
 Nec superans homines , Hercules , ipse duos.

II.

Noscere Regnorum Doctos Astræa requirit:
 Ut fastos possit nobilitare suos.
 Nec noscunt Reges , nec scit Respublica Vates:
 Nec fibi in extremis providet apte rebus:
 Dum non curabunt populo prodesse neglectos
 Dum teneant clausos limina sœpè domi.

III.

Præmia nec dignis sciet ipsa Astræa referre
 Merita cum Superos oblivione latent.

Et popularibus ærumnis dum Regna laborant,
 , Dum nescenda instant Mos, Geniumque Labis,
 Anchora concusæ navi, fervente procella,
 In multis tantum, Spesque salutis erit.
 Utile nec Populo poterit præbere Solamen:
 Consiliis dum se subsistrahit Ingenium.
 Vulnera (si ignoret corpus) curare Chirurgus
 Haud valet: ut toto pendet à corpore pars.

Inventum quodcumque nova proficiscitur Arte
 Fluminis (haud dubites) illicò fata tenet.
 Irrugis Campis mirè dum crescit eundo:
 Et fluit ambigua præpete dives aqua.
 Ut Tagus , auratæ dum torquis , Ulixis ad Urberem
 Et rivis , properans undique serpit evans;
 Silice quem parvo præceps ut Orospeda gignit;
 Protinus extensas sustinet inde rates:
 Sic Sapientis opus , multis dum sæpe rimatur
 Ingeniis subitò crescit in alta Domus.
 Et facile, ut vidimus , pulchris cumulata columnis
 Additur inventis culmen ab arte rebus.
 Vides ut & Sacri doceant, Legumque periti
 Quid possit Synodus conscientia lecta Virtum!
 Pecquetus, Harvejus, sed nec Cartessius Arti
 Undique perfectas imposuere manus.
 Expectant alios , aliosque in Sæcula Doctoris:
 Perficere , & quisvis nec sibi satis erat.

Segnius instituit studia, ut non forte veretur

Nof-

Noscere rivales, qui sine teste Sapit.

Sed quoq; Olympiacis celerem emmensus harenā

Ornat ephippia Dux : lora coaptat equis,

Sic doctus præcepta legit, Ciceronis ad instar,

Publicē dum cogitur dicere Causidicus.

VII.

Mutuo ut affictu splendentia ferra coruscant:

Colloquia , & mutuos rusticitate piant.

Fit nam exercitio miles , pugilator ab usu

Ut roborat vires, strenua membra parat.

VIII.

Æmulus Athlæta ingenium comprimere disicit:

Et melius duro calcare pungit honos.

Nec nisi concursu validus probetur Achilles,

Victor Olympiacis emicat ille Ludis.

X.

Si haud sapit, & Sapiens, nisi de hoc sit cōscius alter;

Se nisi diffundat, quis cupit esse bonus?

Eloquii, Linguz, Cultus dum Sacra vigebunt,

Regnare in cunctis Litteratura valet.

Dissita communi calamo iunxere Periti:

Et cupidos Regnis optima nulla latent.

Fœdere coniunctis constat Respublica quæque:

Arsque Reipublicæ quælibet omen habet.

Hoc novere Galli, hoc Angli, & hoc Itala tellus,

Europæ , & gelidas qui incoluere Plagas,

XI.

Pluribus impertit sua qui generosus adepta:

Hic


Hic Socias mutuò possidet & quas opes.
Dulce quoque, ut Socius moneat; nec invida probrū
Obiicit nævos in tua facta manus.


XII.

Gloria quæ Patriæ, Natum volitare per ora
Nomina, & egregium dissita Regna decus!
Nam perit inglori è fructu si orbetur, & Arbos:
Et valida incertum Gens sine fruge perit.
Dum doctisque placet sua coram promere Sacras
O! Plæbs quam multis erudienda venit!
Indite, Parnassi Commercia pulchra, Camœnæ:
Et iuvet alterutram quæque iuvare potens.
Littera iam nostros properet stimulare Sodales:
Gloria si Cordi est: si cumulandus honor.

S. C. S. R. E.







86

